

RESERVADO

2984

B. N. L.



Res.

2984 P.

Ces presentes heures a l'usage
 de Rome, toutes au long sans rien requerir /
 Nouvellemēt imprimees a Paris / avec plus
 sieurs belles hystoires / tant au Kalendrier /
 aux heures nostre Dame / aux heures de St.
 Eloy / aux heures du Saint esprit / aux
 sept pseaulmes / que aux Vigiles.



M. D. C. L. V.



Almanach pour .x. vij. ans.

De l'annee.	La date	Pasques.	Nombre doz	Lettre doz dominicale.	Bisseste.
M. d. xlvi	xxv. Avril.	iiii	C		
M. d. xlvii	x. Avril.	ix	B		
M. d. xlviii	i. Avril.	x	A		
M. d. xlix	xxi. Avril.	xi	F		
M. d. l	vi. Avril.	xii	E		
M. d. li	xxix. Mars.	xiii	D		
M. d. lii	xiii. Avril.	xiiii	C		
M. d. liii	ii. Avril.	xv	A		
(x).v.iiii	xxv. Mars.	xvi	B		
M. d. lv	xiiii. Avril.	xvii	F		
M. d. lvi	v. Avril.	xviii	E		
M. d. lvii	xxviii. Avril.	xix	C		
M. d. lviii	x. Avril.	i	B		
M. d. lix	xxvi. Mars.	ii	A		
M. d. lx	xviii. Avril.	iii	B		
M. d. lxi	vi. Avril.	iiii	E		
M. d. lxii	xxix. Mars.	v	D		

Qui voudra scauoir Pasques / Le nombre doz / La lettre dominicale / et le Bisseste / depuys lan Mil cinq cens et. xlvi. iusques a lan Mil cinq cens. lxii. inclusiuemēt / regarde en ceste figure la ligne dicelle date / et il trouuera les choses deuant dictes.

Les lunes sōt cōmunemēt nouuell'es chascū mōys au. v. iour deuāt le nombre doz qui court pour l'annee.

Quant la lune est en
aries / leo / et sagitta-
rius / il faict bon sei-
gner au coleriq̄. **Feu.**

Quant la lune est en
gemini / libra z aqua-
rius / il faict bon sei-
gner au sanguin. **Aer.**



Quant la lune est en
cancer / scorpio z pisces
il faict bõ seigner au
fleumatique. **Eau.**

Quant la lune est en
taur⁹ / vgo / z capcor-
n⁹ il faict bon seigner
au melècoliq̄. **Terre.**

Januarius.



Les six premiers ans que vit l'homme au monde

Nous comparons a Janvier droicte ment:
Car en ce moys Vertu ne force habonde
Non plus que quât six moys a Vng enfant.

Nota.

RI Ianuarius habet dies. xxxj.
Luna. xxx.

iiij	A	Circū. dñi.	vij	c	Antonij.
	b	Octa. stepha.		d	Pisce vginis.
vj	c	Octa. ioānis. vj		e	
	d	Octa. innocē. iiij		f	Fabiani & seb.
vij	e			g	Hagnetis vj.
viii	f	Epiphania. vij		A	Vincentij.
	g		i	b	Emerentiane.
xj	A			c	Timothei.
xij	b		ix	Quar. pauli.	
	c	Pauli eremi.		e	
xiii	d		xvj	f	Juliani.
xiiij	e		vij	g	Hagnetis. ij.
xv	f	Octa. epipha.		A	
	g		xiiii	b	Vatildis.
xvi	A		iiij	c	Lyni & ioānis.
xvii	b	Marcelli.			

C Enian. uier. que. les. roys. De. nus. font.
 Glau. me. dort. fre. min. Mor. font.
 An. toin. boit. se. iour. Vin. cent. foye.
 Po. sus. en. font. tons. ses. dois.

**Aquarius calidum & humidum/
 signum bonum.**

Dungere crura cane / cū luna Videbit aquosū.
 Insere tunc plantas / excessas erige turres.
 Et si carpis iter / tunc tardius ad loca transi.

Februarius.



Les six d'apres ressemblent a feurier
En fin duquel commence le prin temps
Car le spirit se ouure prest a enseigner
Et doulx deuiet lefant quat a douze ans.

Ligna cremo.

KL Februari⁹ habet dies. *pp* **Vllj.**
 Luna. *pp* **ix.** Et quā est bissext⁹
 habet dies. *pp* **ix.** Luna. *ppp.*

	d	Ignatij ep̄i	Vij	d	Faustini.
pi	e	Purifi. marie.		e	Juliane vgi.
pip	f	Blastij ep̄t	p	f	
Vij	g	Gilberti	iiij	g	
	A	Agathe Virg.		A	
p	b	Dorothee	viij	b	
B	c		i	c	
	d			o	Cathedrae
piij	e	Apostonie	ix	e	Digua.
ij	f	Scholastice		f	Barthe apa.
	g	Sotheris	p	g	
p	A		vij	A	
	b	Fulcranni.		b	
p	vij	Valentini	viij	c	

C Au. chan. de. hier. a. ga. the. beut.
 Mais. le. Vin. si. fort. les. meut.
 Quil. tu. a. pres. daus. si.
 Pier. res. ma. thi. as. aus. si.

C *Pisces frigidum et humidum/
 signum indifferens.*

C *Piscis habens lunā / nosi curare podagrā.
 Cutus iter carpis / fit potio sumpta salubris.
 Aurum debet emi / sponse sponsus sociari.*

a iiij

Martius.



Mars denote les six ans ensuyvans
Que le temps change en pduysant verdure
En celuy aage sadonnent les enfans
A maint esbat sans souley/ne sans cure.

De vite superflua demo.

BI Martius habet dies. xxxj.
Luna. xxx.

iiij	d	Albini epi.	vij	f	Gertrudis.
	e			g	
vj	f		xv	A	
	g	Adriani	iiii	b	
xvj	A			c	Benedicti.
vij	b		xij	d	
	c	Perpetue.	i	e	
xvij	d			f	
v	e	pl. martyru.	ix	g	Annūti. ma.
	f			A	
xiiij	g		xvij	b	Ruperti.
ij	A	Gregorij.	vj	c	
	b			d	Quintini.
x	c		xiiii	e	
	d	Longini.	iii	f	

p viij e

C Au. bin. dit. que. mars. est. pil. leup.
 Est. mon. dit. gre. goir. il. est. feup.
 Et. tout. prest. de. don. ner. des. caup.
 Ma. ri. e. dit. il. est. caup.

C Aries calidum & siccum / signum bonum.
C Nil capiti noceas aries cū luna refulget.
 Nō tangas aures / sed balnea tutius intres /
 Nec cephalā minuas: nec barbā radere debes.

Aprilis.



I Siy ans pchains Vingt & quatre en some
Sont figurez par Avril gracieux
Et soubz cest aage est gay & ioly l'homme
Plaisât aux dames courtois & amoureux

Do germen gratum.

RI Aprilis habet dies. xxx.
Luna. xxix.

	g		A	Isidori mar.
vi	A		vi	B Aniceti pape
	B		iiij	c
pio	c	Ambrosij epi		d
viiij	d		vij	e
viij	e		i	f
v	f	Eufemie vgi.		g Sotheris
	g		iy	A Georgij
iiiiij	A			B
iiij	B		viij	c Marci euage.
	c		vj	d Cleti pape.
ij	d			e
p	e		iiiiij	f Vitalis mar.
viij	f	Cyburtij.	iiij	g Petri marty.
vij	g	Helene regi.		A Sigismundi.

I En. a. uril. am. broi. se. sen. Sint.
 Droit. a. le. on. la. se. tint.
 En. son. temps. e. stoit. en. bal. le.
 Ge. or. ge. mar. chant. de. go. dal. le.

I Taurus frigidum et siccum/
 signum malum.

I Arbor plantetur / cum tauro luna tenetur.
 Ad minuas / no edifices / nec semina spargas.
 Et medicus caueat: cum ferro tagere collum.

Maius.



In le mois de may ou tout est en vigueur
Aultres six ans comparons par droicte
Qui trente sont / lors l'homme est en valeur /
En sa fleur / force / & beaulte de nature.

Mihi flos seruit.

RI Maius habet dies: xxxj.
Luna. xxx.

pj	b	Philippi & ia. p d	d	Crâsla. bern.
	c		iii	c
piv	d	Inuentio cru.	f	Potentiane.
vij	e	Floziani.	piv	g Bernardi.
	f	Gothardi.	i	A
pvi	g	Joânis apo.	b	Helene regine.
v	A		ip	c
	b	Appitio mic.		d
pviij	c	Crâsla. nico.	pviij	e Crâsla. frâci
ij	d	Gordiani.	vij	f Eieutheris.
	e			g Joannis pa.
p	f		pviij	A
	g		iiij	b
pviij	A	Bonifacis.		c Felicis.
vij	b	Isidori.	vi	d Petronisse.
	c			

T Ja. ques. croix. dit. que: iehan. en. may.
 Ri. co. las. dit. il. est. Day.
 Ho. no. rez. font. sai. ges. et. sotz.
 Lar. mes. au. gu. stins. et. bi. gotz.

Gemini calidum & humidum
 signum bonum.

Brachia nō minuas cū lustrat lūa gemellos
 Unguibus & manibus cū ferro cura negetur:
 Nunq̄ portabis a promissozepetitum.

Junius.



En Juing les biens cōmencent a meurir
Aussi faict l'homme quāt a trente six ans
Pource en tel temps doit il femme querir
Se luy viuāt Deult pourueoir ses enfās.

Mihi pratum.

RI Junius habet dies. ppp.
Luna. ppip.

	e	Justini	iiij	f	
plo	f	Marcelli		g	
viiij	g		vij	A	
pvi	A		i	b	Geruasij
v	b	Bonifacij		c	Syluerij
	c	Claudij	ix	d	
viii	d			e	Paulini
ij	e	Medardi	pviij	f	Vigilia.
	f	Prinati mar.	vj	g	Nati. i. o. bar.
p	g			A	Eligij episcopi
	A	Barna. apo.	viiij	b	Joanis & pau.
pviij	b	Basilidis	iiij	c	
vij	c			d	Vigilia.
	d		vj	e	Petri et pauli.
p v	e	Viti & modesti		f	Martialis.

C En. Juing. a. lon. bi. en. sou. uent.
Grant. soif. ou. bar. na. be. ment.
En. son. temps. fut. prins. com. ser. res.
Damp. iehan. e. loy. et. damp. pier. res.

C Lancer humidum et frigidum/
signum indifferens.

C Pectus/pulmo/iecur/in cancro nō minuat
Sōnia falsa Vides / fit et vtilis emptio rerū
Potio sumatur / securus perge Viator.



Chaige doit estre ou ne sera iamais
 L'homme quant il a quarante deuy ans:
 Lors sa beaulte decline desormais
 L'ome en iuillet toutes fleurs sont passas.

Spicas declino.

RI Julius habet dies. xxxj.
Luna. xxx.

piv	g	octa. ioannis.	b	Alexij confes.
vij	A	Visita. marie. pij	c	Symphorose.
	b		d	
pvi	c	trans. martini	e	margarete v.
v	d		f	Victoris.
	e	Hic incipiunt dies	g	Mariemag.
vij	f	(caniculares. pviij)	A	Apollinaris.
ij	g		vj	v
	A		oc	Jacobi apli.
p	b	Rufine vgis. viij	d	Anne ma. ma.
	c	Pij pape r m. iij	e	vij. dormiēti.
pviij	d	Naboris r se.	f	nazarij mart.
vij	e	privati mart. vi	g	Marthe vgi.
	f		piv	Abddo r sennes.
pvi	g		b	
vij	A			

C En. iuil. let. mar. tin. se. com. bat.
 Et. du. benoist. ier. sanct. Vast. bat.
 La. sur. uint. mar. guet. mag. da. lain.
 Jac. mar. dor. an. ne. r. ger. main.

C Leo calidum r siccum/ signum malum.
 Cor grauat r stomachū / cū cernit luna leonē.
 Non Vestes facias / non ad conuiuia Vadas
 Et nil ore Vomās / nec tūc medicamīa sumas
 Rom̄. b

Augustus.



Les biens de terre commence len a cueillir
En Aoust /aussi quant lan quarante huit
Lhomme approche /il doit biens acquerir.
Pour soustenir Vieillesse qui le suyt.

Messes meto.

BL Augustus habet dies. xxxj.
Luna. xxx.

vij	c	Vincula pe.	j	e	Octa. lauren.
vi	d	Stephani pa.		f	Agapiti.
v	e	Inuē. stepha.	ix	g	Ludouici.
	f	Justini.		A	Bernardi.
iiii	g	Marie deni.	vij	b	Privati.
iii	A	Crāssigu. do.	vi	c	Octa. Stē ma.
	b	Donati epi.		d	Vigilia.
ii	c	Lyriaci.	iiii	e	Bartholomei.
	d	Vigilia.	iii	f	Ludouici reg.
viii	e	Laurētij mar.		g	Seuerini.
vii	f	Susanne.	vi	A	Viuiani.
	g	Clare Virgi.	v	b	Augustini.
vi	A	Hippolyti m̄r.		c	Decollatio io.
v	b	Vigilia.	iiii	d	Felicis.
	c	Assūptio ma.		e	
iiii	d	Rochi confes.			

C Pier. res. .7. os. on. get. toit.
 A. pres. Lau. rens. qui. brus. soit.
 Ma. rie. lors. se. print. a. brai. re.
 Bar. the. se. my. fait. Je. han. taire.

C Virgo frigidū & siccum / signum malum.
Lunā Virgo tenens / Dporem ducere nosi.
 Discera cum costis / caueas tractare carinā.
 Semen detur agro / dubites intrare carinam.

September.



L Avoir grans biens ne fault point q' l'homme
cuide
S'il ne les a/a cinquante quatre ans:
Non plus que s'il a sa granche Vuide
En septembre/plus de lan naura riens.

Vina propino.

RI Septembrie habet dies. xxx.
Luna. xxix.

pvi	f	Egidij abba.	i	g	Eufemie.
v	g	Antonini.		A	Lamberti.
	A		ix	b	Victoris.
piij	b	Moyſi cōfes.		c	
ij	c		pviij	d	Digilia.
	d	Eugenij.	vj	e	Matthæi apli.
p	e			f	Mauricij.
	f	Nati. marie.	viij	g	Linipape.
pviij	g	Borgonij	ij	A	
vij	A	Saluij.		b	Firmini.
	b	Prothi.	vi	c	Lipriani.
pvi	c	Maximiani	viij	d	Cosme & da.
iiij	d	Maurilij.		e	
	e	Exalta. cru.	vij	f	Michaelis ar.
viij	f	Nicomedis.		g	Hieronymj.

C Gil. les. a. ce. que. ie. Vois.
Ma. ri. e. top. se. tu. me. Troix.
Et pri. e. des. nop. ces. Mat. thieu.
Son. filz. fre. min. cos. me. mi. cheu.

C Libra calidum & humidum/
signum bonum.

C Libra tenens lunā/ nemo genitalia tāgat
Aut renes/nates/nec iter tūc carpere debet
Extremam partē libre cum luna tenebit.

b iiij

October.



Du mois Doctobre figurât soixante ans
Se l'homme est riche/cela est a bonne heure:
Des biens q'la/nourist femme & enfans.
Plus na besoing q'l travaille ou laboure.

Semen humi iacto.

RI October habet dies. *xxxj.*
Luna. *xxx.*

<i>p</i>	<i>vj</i>	A	Remigij.	<i>ix</i>	c	
B	b				d	Luce euāgeli.
<i>viij</i>	c			<i>p</i>	<i>vij</i>	e
<i>ij</i>	d		Frāncisci 2fes.	<i>vj</i>	f	
	e				g	<i>xj.</i> mil. Virgi.
p	f		fidis vginis.	<i>viij</i>	A	
	g		Marci pape.	<i>ij</i>	b	
<i>p</i>	<i>vij</i>	A			c	
<i>vij</i>	b		Dionysij.	<i>xj</i>	d	Crispini 2 cri.
	c		Lerbonij.	<i>xix</i>	e	Euaristi pape.
<i>p</i>	d		Nichasij.		f	Vigilia.
<i>iiij</i>	e			<i>vij</i>	g	Simonis 2 iul.
	f		Geraldi cōfes.		A	
<i>xij</i>	g		Laxiptipa.	<i>p</i>	<i>vj</i>	b
i	A			B	c	Vigilia.
	b					

Re. mis. font. fran. cōps. en. Vi. gueur.
De. nis. nen. est. pas. bien. as. seur.
Lar. luc. est. pri. son. nier. a. han.
Lres. pin. 2. si. mon. a. quen.

Scorpio frigidum 2 humidum / signum
indifferens.

Scorpis⁹ augmētat morbos i parte pudēda
Vulnēra nō cures / caueas ascendere naues.
Et si carpis iter / timeas de morte ruinam.

v *iiij*

112
Nouember.



Quât l'homme a soixante six ans vient
Represente par le mois de Nouembre.
Dieux / & caduc / & maladiſ devient:
Lors de bien faire est tēps q̄l se remembre.

Mihi pascuo sues.

13

BI Nouember habet dies. ppp.
Luna. ppip.

	d	Dim scđū.	ix	e	
piij	e	Lōmēo. aiap.		f	Gregorij.
ij	f	Restituti.	pviij	g	Romani.
	g	Amantij.	vj	A	Elizabeth.
p	A			b	Stephani.
	b	Leonardi.	viij	c	Columbani.
pviij	c		ij	d	Lecilie vgin.
vij	d	iiij. coronator		e	Clementis.
	e	Theodori.	vj	¶	Thysogoni.
pB	f		pip	g	Catharine v.
iiij	g	Martini epi.		A	Linipape.
	A	Martini pa.	vij	b	Agricole.
piij	b	Victij.		c	
i	c		pviij	d	Satnini. Vi.
	d		v	e	Andree apli.

C Sains. mors. sont. les. gens. bien. eu. rez.
 Com. dit. Mar. tin. du. biez.
 Aus. si. faict. por. rus. de. mi. lan.
 Cle. ment. ca. tha. rin. q. sat. An.

C Sagittarius calidum & siccum/
 signum bonum.

C Luna nocet femori p partes mota sagitte.
 Ungues Vel crines poteris pscindere tute
 De Vena minuas / q balnea citius intres.

December.



Clan par decembre prent fin / & se termine.
Aussi fait l'homme aux ans soixante douze
Le plus souvent / car Vieillesse le mine
L'heure est venue / à pour partir se houze.

Mihimacto.

14

RL December habet dies. xxxj.
Luna. xxx.

	f	Eligij epi.	pviij	A	
viiij	g	Vibiane.	vj	b	Gratiani.
ij	A			c	
p	b	Barbare vrg.	viiij	d	Digilia.
	c	Sabe.	iiij	e	Thome apli.
pviij	d	Nicolai epi.		f	
vij	e	Ambrosij.	vj	g	
	f	Coceptio ma.	viij	A	Digilia.
p	g			b	Natiuitas do.
viiij	A	Eulalie.	viiij	c	Stephani pro.
	b	Damasti.		d	Joannis apli.
vij	c		pviij	e	Sctoꝝ innocē.
i	d	Lucie	v	f	
	e			g	
ix	f		viiij	A	Syluestri pa.
	g				

C E. loy. fait. bar. ba. col. sart.
 Ma. ri. e. cri. e. lu. ce. art.
 Dont. en. grant. i. re. tho. mas. meut.
 De. no. c. Jehan. in. no. cens. fut.

C Capricornus frigidū & siccū / signū malū.
C Capra nocet genib⁹ / ipam cū luna tenebit
 Intres aquam nauta / citius curabitur eger.
 Fūdameṽta ruūt / modicū tūc durat idipsum.
C Initiūm sancti euangelij / secundū
 Joannem. Gloria tibi domine.

Euangelium



In principio erat
verbum, et
verbum erat
apud deum,
et deus e-
rat verbum.
Hoc erat
in princi-
pio apud
deum. Omnia
per ipsum fa-
cta sunt:
& sine ipso factum est nihil. Quod factum
est in ipso vita erat, et vita erat lux
hominum & lux in tenebris lucet, & tene-
bre eam non comprehenderunt. Fuit homo
missus a deo, cui nomen erat iohannes.
Hic venit in testimonium, ut testimo-
nium perhiberet de lumine: ut omnes cre-
derent per illum. Non erat ille lux: sed ut
testimonium perhiberet de lumine.
Erat lux vera que illuminat omnem

hōiem venientē in hunc mundum.
In mūdo erat, & mundus p̄ ip̄m fa-
ctus est: & mundus eū nō cognouit.
In pp̄ria venit: & sui eū non recepe-
runt. Quotquot autem receperūt
eū, dedit eis potestātē filios dei fie-
ri, his q̄ credūt in noīe ei⁹. Qui non
ex sanguinibus, neq; ex voluntate
carnis, neq; ex voluntate viri: sed
ex deo nati sunt. Et verbū caro fa-
ctum est: et habitauit in nobis. Et
vidim⁹ gloriā ei⁹ gloriā quasi vni-
geniti a patre plenum gr̄e & verita-
tis. Deo gr̄as. *an.* Te inuocamus,
te adoram⁹, te laudamus, te glori-
ficamus: o beata trinitas. *ps.* Sit
nomen domini benedictum. *R.* Ex
hoc nūc & vsq; in seculū. *Oremus.*

Protector in te sperantiū de⁹
sine quo nihil est validū, ni-
hil sanctum: multiplica super nos
mīam tuā: vt te rectore te duce, sic
trāseamus per bona tēporalia, vt

Euangeliiū scđm Lucā.

nō amittam⁹ eterna. Per christū.

**Sequētia sancti euangelij scđm
Lucam.** Glōria tibi domine.



In illo tpe. Missus
est gabriel angel⁹
a deo in ciuitatē galilee:
cui nomen nazareth: ad
virginē desponsatā viro
cui nomē erat Joseph de
de domo dauid, et nomen virginis
maria. Et ingressus angel⁹ ad eā
dixit. Aue grā plena dñs tecum: bñ-
dicta tu in mulierib⁹. Que cum au-
disset turbata est in sermone ei⁹: et
cogitabat qualis esset ista saluta-
tio. Et ait angel⁹ ei. Ne timeas ma-
ria: inuenisti em̄ grām apud deū.
Ecce concipies in vtero, & paries fi-
liū: & vocabis nomen ei⁹ iesum. Hic
erit magn⁹: & filius altissimi voca-
bit. Et dabit illi dñs de⁹ sedem da-
uid p̄ris ei⁹: & regnabit in domo ia-
cob in eternū: & regni eius non erit

16
Euāg. scđm mattheū. Fo. xvi.

finis. Dixit autē maria ad angelū. Quō fiet istud qm̄ virū non cogno-
sco: Et respōdens angelus dixit ei. Spūssctūs supueniet in te: et virt⁹
altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; quod nasceť ex te sanctum, vocabit^r
filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipsa concepit filium in se-
nectute sua. Et hic m̄s̄is est sextus illi q̄ vocat^r sterilis: qz nō erit ipossi-
bile apud deū omne verbum. Dixit autē maria. Ecce ancilla dñi. Fiat mihi secūdu verbu tuū. Deo gr̄as.

**Sequētia sancti euāgelij, secun-
dum Mattheum. Gloria tibi dñe.**



In illo tempore. Cum natus esset
Jesus in bethleem iude
in dieb⁹ herodis regis:
ecce magi ab oriente ve-
nerunt hierosolymam,
dicentes. Ubi est qui na-
tus est rex iudeorum: Vidimus


Euangelium

enim stellā et⁹ in oriēte: & uenimus
cū munerib⁹ adorare eum. Audiēs
autē herodes rex turbat⁹ est, et oīs
hierosolyma cū illo. Et cōgregans
oēs principes sacerdotū et scribas
populi, sciscitabatur ab eis ubi chri-
stus nasceret. At illi dixerūt ei. In
bethleē iude. Sic em̄ scriptū est per
pphetam. Et tu bethleem terra iu-
da, nequa q̄ minima es in principi-
bus iuda: ex te enim eriet dux q̄ re-
gat populū meū israel. Tunc hero-
des clā uocatis magis diligēter di-
dicit ab eis tēpus stelle q̄ apparuit
eis. Et mittens eos in bethleem di-
xit. Ite & interrogate diligenter de
puero: & cum inueneritis renuntia-
te mihi: ut et ego ueniens adorem
eum. Qui cum audissent regē, abie-
runt. Et ecce stella quam uiderant
in oriēte antecedebat eos: usq; dum
ueniens staret supra ubi erat puer.
Uidētes autem stellam magi: ga-

17
Scdm Marcum. Fo. xvij.

uisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domū: inuenerunt puerum cum maria matre eius. Et proccidentes adorauerunt eū. Et apertis thesauris suis obtulerūt ei munera, aurum, thus, et myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirēt ad herodem: per aliam viā reuersi sunt in regionem suā. Deo gratias.

C **Sequentia scti euangelij, scdm Marcum.** Gloria tibi domine.

 **I**n illo tēpore. Recumbentibus undecim discipulis apparuit illis dominus iesus: et exprobrauit incredulitatem illorum et duritiam cordis: quia ipsi qui viderāt eum resurrexisse nō crediderāt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature. Qui crediderit et bap-

Rom. **c**

Secundum Marcum.

ptizat^s fuerit: saluus erit. Qui vero non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint: hec sequentur. In nomine meo demonia eiciant, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint: non eis nocet. Super egros manus imponent: et bene habebunt. Et dominus quidē iesus postq̄ locutus est eis assumptus est in celum: et sedet a dextris dei. Illi autē profecti predicauerunt ubiq; domino cooperante & sermonem cōfirmante sequentibus signis. Deo gratias.

Passio domini nostri Iesu christi, secundum Joannem.



Environ l'heure de minuyt
Judas avec sa compaignie:
Vint trahir son maistre de nuyt
Luy faisant honte & villennie.

Passio domini

Egressus est dominus iesus cum discipulis suis trans torrentem cedron, ubi erat hortus, in quem introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat autem et iudas qui tradebat eum locum: quia frequenter iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cum accepisset cohortem et a pontificibus et phariseis ministros, venit illuc cum laternis et facibus et armis. Iesus itaque sciens omnia que ventura erant super eum: processit et dixit eis. Quem queritis? Responderunt ei. Iesum nazarenum. Dixit eis iesus. Ego sum. Stabat autem et iudas qui tradebat eum cum ipsis. Ut ergo dixit eis iesus: ego sum, abierunt retrosum et ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos. Quem queritis? Illi autem dixerunt. Iesum nazarenum. Respondit iesus. Dixi vobis: quia

ego sum. Si ergo me queritis: si-
nite hos abire. Ut impleretur ser-
mo quem dixit: quia quos dedisti
mihi, non perdidisti ex eis quemq̄.
Simon ergo petrus habens gla-
dium eduxit eum: et percussit pon-
tificis seruum: et abscidit auriculā
eius dexteram. Erat autem nomē
seruo malchus. Dixit ergo Jesus
petro. Mitte gladium tuum in va-
ginam. Calicem quem dedit mi-
hi pater: non vis ut bibam illum:
Cohors ergo et tribunus et mini-
stri iudeorum comprehenderūt ie-
sum et ligauerunt eum: et addu-
xerunt eum ad annam primum.
Erat enim socer caiphe: qui erat
pontifex anni illius. Erat autem
caiphas qui consilium dederat iu-
deis: quia expedit vnum hominem
mori pro populo. Sequebatur au-
tem iesum simon petrus, et alius
discipulus. Discipulus autem ille

Passio domini

erat notus pontifici: et introiuit cum
iesu in atrium pontificis. Petrus autem
stabat ad ostium foris. Exiit ergo
discipulus ille qui erat notus ponti-
fici, et dixit ostiarie: et introduxit pe-
trum. Dixit autem petro ancilla
ostiaria. Numquid et tu ex discipulis
es hominis istius: Dixit ille. Non
sum. Stabant autem serui et mini-
stri ad prunas quia frigus erat, et ca-
lefaciebant se. Erat autem cum eis
et petrus stans et calefaciens se. Pon-
tifer ergo interrogauit Iesum de
discipulis suis et de doctrina eius.
Respondens iesus dixit. Ego palam
locutus sum mundo: ego semper
docui in synagoga et in templo quo
omnes iudei conueniunt: et in oc-
culto locutus sum nihil. Quid me
interrogas: Interroga eos qui au-
dierunt quid locutus sum ipsis. Ec-
ce hi sciunt que dixerim ego. Hec
autem cum dixisset vnus assistens

ministrozum dedit alapam iesu di-
cens: Sic respondes pontifici: Re-
spondit iesus. Si male locut⁹ sum:
testimonium perhibe de malo.

Si autem bene: quid me cedis: Et
misit eum annas ligatum ad cai-
pham pontificem. Erat autem si-
mon petrus stans et calefaciens
se. Dixerunt ergo eis Nunquid et
tu ex discipulis eius es: Negavit
ille: et dixit. Nō sum. Dixit ei vnus
ex seruis pontificis cognatus eius
cuius abscidit petrus auriculam.
Nonne ego te vidi in horto cum
illo: Iterum ergo negavit petrus:
et statim gallus cantauit.



Adducunt ergo Iesum
a caipha in pretorium.
Erat autē mane et ipsi
non introierunt in pre-
torium vt non contami-
narent: sed māducarēt
pascha. Exiit ergo pilat⁹ ad eos

Passio domini

foras: et dixit. Quā accusationem
affertis aduersus hominem hūc:
Responderunt et dixerunt ei. Si
non esset hic malefactor: nō tibi tra-
didissemus eum. Dixit ergo eis pi-
latus. Accipite eum vos: et secun-
dum legem vestram iudicate eum.
Dixerunt ergo ei iudei. Nobis nō
licet interficere quenq̃. Ut sermo
iesu impleretur quem dixit: signi-
ficans qua morte esset moriturus.
Introiuit ergo iterum in pretoriū
pilatus, et vocauit iesum, et dixit
ei. Tu es rex iudeorum: Respōdit
iesus. A temetipso hoc dicis, an alij
tibi dixerunt de me: Respondit pi-
latus. Nunquid ego iudeus sum:
Gens tua et pontifices tui tradide-
runt te mihi. Quid fecisti: Respon-
dit iesus. Regnum meū non est de
hoc mundo. Si ex hoc mundo esset
regnum meum, ministri mei vtiq̃
decertarēt vt non traderer iudeis.

Nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaq; ei pilatus. Ergo rex es tu? Respondit iesus. Tu dicis: quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeā veritati. Omnis q̄ est ex veritate audit vocem meam. Dixit ei pilatus. Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiit ad iudeos & dixit eis. Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis vt vnum dimittā vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis regem iudeoꝝ? Clamauerunt rursum omnes dicentes.

Non hunc sed barrabbā. Erat autem barrabbas latro.

Tunc ergo apprehendit pilatus iesum et flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius: et ve-



nis imposuerunt capiti eius: et ve-

Passio domini



Iste purpurea circunde-
derunt eum. Et veniebant
ad eum et dicebant. Ave
rex iudeorum. Et dabat
ei alapas. Exiit iterum
pilatus foras & dixit eis.
Ecce adduco vobis eum foras: vt
cognoscatis quia in eo nullam cau-
sam mortis inuenio.



Exiit ergo Iesus por-
tans coronam spineam et
purpureum vestimen-
tum: & dixit eis. Ecce ho-
mo. Cum ergo vidissent
eum pontifices et ministri clama-
bant dicentes. Crucifige, crucifige
eum. Dixit eis pilatus. Accipite
eum vos: et crucifigite. Ego enim
non inuenio in eo causam. Respō-
derunt iudei. Nos legem habemus:
et secundum legem debet mori: quia
filium dei se fecit. Cum ergo audis-
set Pilatus hunc sermonem, ma-

22
Secdm Joannem. Fo. xxij.

gis timuit. Et ingressus est pretorium iterum: et dixit ad iesum. Unde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dixit ergo ei pilatus. Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te: et potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus. Non haberes potestatem aduersum me vltimam: nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui tradidit me tibi: maius peccatum habet. Et exinde querebat pilatus dimittere eum. Iudei autem clamabant dicentes. Si hunc dimittis, non es amicus cesaris. Omnis enim qui se regem facit: contradicit cesari. Pilatus ergo cum audisset hos sermones adduxit Iesum foras: et sedit per tribunali in loco qui dicitur lytostratos, hebraice autem gabatha. Erat autem parasceue pasche, hora quasi sexta. Et dixit iudeis. Ecce rex vester. Illi autem cla-

Passio domini

inabāt. Tolle tolle, crucifige eum.
Dixit eis pilatus. Regem vestrum
crucifigā: Respōderunt pōtificates.
Non habemus regem, nisi cesarē.



Tunc ergo tradidit eis
illum vt crucifigeretur.
Susceperunt autem ie-
sum et eduxerunt eum.
Et baiulans sibi crucem
exiuit i eum, qui dicitur
caluarie locum, hebraice autē gol-
gotha: vbi eum crucifixerunt. Et
cum eo alios duos hinc & hinc: me-
dium autem iesum. Scripsit autē



& titulum pilat⁹ & posuit
super crucem. Erat autē
scriptum. Iesus nazare-
nus rex iudeorum. Hunc
ergo titulum multi lege-
runt iudeorum: quia p-
pe ciuitatem erat locus vbi cruci-
fixus est iesus. Et erat scriptum he-
braice, grece, et latine. Dicebant

ergo pilato pontifices iudeoꝝ. No-
li scribere rex iudeoꝝum: sed quia
ipse dixit, rex sum iudeoꝝum. Re-
spondit pilatus. Quod scripsi, scri-
psi. Milites ergo cum crucifixisset
eum acceperunt vestimenta eius:
& fecerunt quatuor partes, unicui-
qꝫ militi partem, et tunicam. Erat
autem tunica inconsutilis desu-
per contexta per totum. Dixerunt
ergo adinuicem. Non scindamus
eam: sed sortiamur de illa cui⁹ sit.
Ut scriptura impleretur dicens:
Partiti sunt vestimenta mea sibi:
et in vestem meam miserunt sorte.
Et milites quidem hec fecerunt.
Stabant autem iuxta crucem Je-



su mater eius et soroꝝ
matris ei⁹: maria cleo-
phe, et maria magda-
lene. Cum vidisset ergo
Jesus matrem et disci-
pulum stantem quem

Passio domini

diligebat dixit matri sue. Mulier: ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Postea sciens iesus quia iam omnia consummata sunt: vt consummaretur scriptura: dixit. Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenā aceto hyssopo circumponentes obtulerunt orī eius. Cum ergo accepisset iesus acetum, dixit. Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. ✠ Iudei autē quoniam parasceue erat: vt non remanerēt ī cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt pilatum vt frangerētur eorum crura et tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad iesum autem cum venissent vt viderūt eum

iam mortuum non fregerunt eius
crura : sed unus militum lancea
latus eius aperuit : & continuo exi-
uit sanguis et aqua. Et qui vidit
testimonium perhibuit : et verum
est testimonium eius. Et ille scit
quia vera dicit vt et vos credatis.
Facta sunt enim hec vt scriptura



impleretur. **O**s nō com-
minuetis ex eo. Et ite-
rum alia scriptura dicit.
Videbunt in quē trans-
fixerunt. Post hec au-
tem rogauit pilatū Jo-
seph ab arimathia eo q̄
esset discipulus Iesus oc-
cultus autem p̄pter me-
tum iudeorum vt tolle-
ret corpus Iesu : et per-
misit pilatus. Venit er-
go et tulit corpus Iesu.



Venit autem & nicodemus qui ve-
nerat ad Iesum nocte primum fe-

Passio domini



rens mixturā myrrhe et
aloes quasi libras centū.
Acceperunt ergo corpus
iesu: et ligauerunt eum
lintheis cum aromatib⁹
sicut mos est iudeis sepe-
lire. Erat autem in loco ubi crucifi-
xus est hortus: ⁊ in horto monumē-
tum nouum, in quo nōdum quisq̄
positus fuerat. Ibi ergo ppter pa-
rasceuem iudeozū: quia iuxta erat
monumentū posuerūt iesum. Deo
gratias. Per euangelica dicta de-
leantur nostra delicta. Amē. **Orō.**

Deus qui manus tuas et pe-
des tuos et totū corpus tuū
p nobis peccatoribus in ligno cru-
cis posuisti: ⁊ coronam spineā a iu-
deis in despectu tui sacratissimi no-
minis super caput tuum impositā
sustinuisti: ⁊ quinque vulnera p no-
bis peccatorib⁹ in ligno crucis pac-
sus fuisti, da nobis hodie et quoti-

25
Ad matutinas. Fo. xxvij.

fecit illud, & aridā fundauerūt ma-
nus ei⁹: venite adoremus & p̄cīda-
mus ante deū, ploremus corā dño
qui fecit nos: quia ipse est dñs deus
noster, nos autem populus eius et
oues pascue eius. **Aue maria.**

Hodie si vocē ei⁹ audieritis, nolite
obdurare corda vestra: sicut in
exacerbatione scđm diem tentatio-
nis in deserto, vbi tentauerunt me
patres vestri, probauerunt & viderunt
opera mea. **Dominus tecum.**

Quadragesima annis p̄rimus fui
generationi huic, et dixi semper hi
errant corde: ipsi vero non cogno-
uerunt vias meas quibus iuravi
in ira mea, si introibūt in requiem
meam. **Aue maria.**

Gloria patri & filio: & sp̄i sancto.

Sicut erat in principio et nunc et
semper: & in secula seculorū. amen.

**Dominus tecum. Aue maria gra-
tia plena dominus tecū. Hymnus.**

D iij

Ad matutinas.

Quem terra, pontus, ethera,
colunt, adorant, predicant:
trinam regentem machinā, clau-
strum marie baiulat.

Qui luna, sol & omnia deseruiunt
per tēpora: perfusa celi gratia, ge-
stant puelle viscera.

Beata mater munere, cuius sup-
nus artifer: mundum pugillo cōti-
nens, ventris sub arca clausus est.

Beata celi nuntio, secunda san-
cto spiritu: desideratus gentibus,
cuius per aluum fusus est.

Gloria tibi dñe, qui natus es de vir-
gine: cum patre et sancto spiritu,
in sempiterna secula. Amen.

Hic psalmus et alij duo sequen-
tes cum suis antiphonis dicuntur
dieb⁹ dominicis, lune, et iouis. añ.

Benedicta tu. **Psalmus.**

Domine dominus noster: q̄
admirabile est nomē tuum
in vniuersa terra.

Quoniam eleuata est magnificē-
tia tua: super celos.

Ex ore infantium & lactentium per-
fecisti laudē ppter inimicos tuos:
vt destruas inimicum & vltorem.

Qm videbo celos tuos opa digito-
rum tuorum: lunā & stellas q̄ tu fūdasti.

Quid est homo q̄ memor es eius:
aut filius hominis qm̄ visitas eū:

Minuisti eum paulomin⁹ ab an-
gelis, gloria & honore coronasti eū:
& constituisti eum super opera ma-
nuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus ei⁹
oues et boues vniuersas: insuper &
pecora campi.

Aluccres celi et pisces maris: qui
perambulant semitas maris.

Dñe, dñs noster q̄ admirabile est
nomen tuum: in vniuersa terra.

Gloria. **an.** Bñdicta tu in mulie-
ribus: & bñdictus fruct⁹ bētris tue.

an. Sicut myrrha. **Psalmus.**

Ad matutinas.

Qui enarrant gloriam dei: et
opera manuum eius annū-
tiant firmamentum.

Dies diei eructat verbum: et nox
nocti indicat scientiam.

Non sunt loquere neque sermones:
quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exiit sonus eorum:
et in fines orbis terre verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum:
et ipse tanquam sponsus procedens de
thalamo suo.

Exultavit ut gigas ad currendam
viam: a summo celo egressio eius.

Et occursum eius usque ad summum
eius: nec est qui se abscondat a ca-
lore eius.

Rex domini immaculata conuer-
tens auras: testimonium domini fide-
le sapientiam prestans paruulis.

Iustitie domini recte letificantes
corda: preceptum domini lucidum
illuminans oculos.

Timor dñi sanctus permanet in
seculum seculi: iudicia domini ve-
ra iustificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et la-
pidem preciosum multum: et dul-
ciora super mel et fauum.

Et enim seru^s tuus custodit ea: in
custodiēdis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit: ab occul-
tis meis munda me: et ab alienis
parce seruo tuo.

Si mei nō fuerint dominati tunc
immaculatus ero: et emundabor
a delicto maximo.

Et erunt vt complaceant eloquia
oris mei: et meditatio cordis mei,
in conspectu tuo semper.

Domine adiutor meus: et redem-
ptor meus.

Gloria patri & filio. **S**icut erat.
ānā. Sicut myrrha electa odorem
dedisti suauitatis sancta dei geni-
trix. **ān.** Ante torum. **Psalmus,**

Ab matutinas.

Domini est terra et plenitudo eius orbis terrarum: et vniuersi qui habitant in eo.

Qui ipse super maria fundauit eum: et super flumina preparauit eum.

Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam: nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a domino: et misericordiam a deo salutari suo.

Hec est generatio querentium eum: querentium faciem dei iacob.

Attollite portas principes vestras, et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie.

Quis est iste rex glorie: dominus fortis et potens, dominus potens in prelio.

Attollite portas principes vestras, et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie.

Quis est iste rex glorie: dominus vir-

tutū ipse est rex glorie. **Gloria. an.**

Ante thozū huius virginis frequē
tate nobis dulcia cantica drama-
tis. **V.** Diffusa est gratia in labijs
tuis. **R.** Propterea bñdixit te deus
in eternū. Pater noster. Et ne nos.

Sed libera. **C Benedictio. Preci-
bus et meritis. vt sequitur post.**

**C. Iste ps. & alij duo sequētes cum
suis añis dicunt̄ diebus martis, et
veneris. an. Specie tua. Psalm.**

A Ructavit cor meū verbū bo-
num: dico ego opa mea regi.
Lingua mea calamus scribe: ve-
lociter scribentis.

S peciosus forma pre filiis hoīn
diffusa est gratia in labijs tuis: p-
pterea benedixit te deus in eternū.

A ccingere gladio tuo sup femur
tuum: potentissime.

S pecie tua et pulchritudine tua:
intende prospere procede & regna.

P ropter veritatem et mansuctu-

Ad matutinas.

dinem & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagitte tue acute: populi sub te cadent, in corda inimicorum regis.

Sedes tua deus in seculum seculi: virga directionis virga regni tui.

Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatem: propterea vixit te deus tuus oleo letitie pro consortibus tuis.

Myrtha et gutta et casia a vestimentis tuis a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filie regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata varietate.

Audi filia et vide et inclina aurem tuam: et obliuiscere populũ tuum, et domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum: quoniã ipse est dominus deus tuus et adorabunt eum.

Et filie tyri in muneribus: vul-

Ad matutinas. Fo. xxxj.

tum tuum deprecabuntur omnes
diuites plebis.

Omnis gloria ei⁹ filie regis abin-
tus in fimbrijs aureis: circumami-
cta varietatibus.

Adducent regi virgines post eā:
proxime eius afferentur tibi.

Afferentur in letitia et exultatio-
ne: adducentur in teryplum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi
filij: constitues eos principes super
omnem terram.

Memores erunt nominis tui dñe:
in omni generatione & generationē.

Propterea populi confitebuntur
tibi in eternum: & in seculū seculi.

Gloria patri. **Añā.** Specie tua et
pulchritudine tua: intēde prospere
pcede & regna. **ān.** Adiuuabit. **ps.**

Deus noster refugium & vir-
tus: adiutor i tribulationi-
bus que inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum

Ad matutinas.

turbabitur terra: et transferentur
montes in cor maris.

Sonuerunt et turbate sunt aque
eorum: conturbati sunt montes in
fortitudine eius.

Luminis impetus letificat civi-
tatem dei: sanctificauit tabernacu-
lum suum altissimus.

Deus in medio eius non commo-
uebitur: adiuuabit eam deus ma-
ne diluculo.

Conturbate sunt gentes et incli-
nata sunt regna: dedit vocem suā
mota est terra.

Dominus virtutum nobiscū: su-
sceptor noster deus iacob.

Tenite & videte opera dñi que po-
suit pdigia super terram: auferēs
bella vsq; ad finem terre.

Arcum conteret et confringet ar-
ma: & scuta comburet igni.

Tacate et videte quoniā ego sum
deus: exaltabor in gentibus et ex-

altabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob.

Gloria patri. **an.** Adiuuabit eam de⁹ vultu suo: de⁹ in medio eius non mouebit. **an.** Sicut letantium. **ps.**

Andamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas sion: super omnia tabernacula iacob.

Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei.

Memor ero raab & babilonis: scientium me.

Ecce alienigene et tyrus et populus ethiopum: hi fuerunt illic.

Nunquid sion dicet homo et homo natus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus:

Dominus narrabit in scripturis populorum: et principum horum qui fuerunt in ea.

Sicut letantium omnium: habitatio est in te.

Ad matutinas.

Gloria patri et filio. **ān.** Sicut letatium omnium nostrum habitatio est in te sancta dei genitrix. **v.** Diffusa est gratia in labijs tuis. **Rm.** Propterea bñdixit te deus in eternum. Pater noster. **¶ Benedictio.** Precibus & meritis. **vt sequit post.** **¶ Hic ps. et alij duo sequētes cum suis añis dicātur dieb⁹ mercurij et sabbati. ān.** Gaude maria. **ps.**

Cantate dño cāticum nouū: cantate domino oīs terra.

Cantate dño & bñdicite noi eius: annūtiare de die i diē salutare ei⁹.

Annūtiare inter gentes gloriam ei⁹: in oībus populis mirabilia ei⁹.

Qm̄ magn⁹ dñs et laudabilis nimis: terribilis est super oēs deos.

Quoniā omnes dij gentiū demōnia: dominus autem celos fecit.

Confessio & pulchritudo in cōspectu eius: sanctimonia & magnificētia in sanctificatione eius.

Ad matutinas. Fo. xxxiij.

Afferete dño patrie gentium, afferete dño gloriã et honorem: afferete domino gloriã nomini eius.

Tollite hostias et introite i atria ei⁹: adorare dñm i atrio sancto ei⁹.

Cõmoueat a facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus quia dominus regnavit.

Et eni corripit orbem terre q̄ nõ cõmouebit: iudicabit p̄p̄os i eq̄tate.

Letent̄ celi et exultet terra, cõmoueat mare ⁊ plenitudo eius: gaudebunt cãpi ⁊ omnia q̄ in eis sunt.

Tũc exultabunt oia ligna sylvarum a facie domini qz venit: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terre in equitate: ⁊ populos i veritate sua. **G**loria.

añã. Gaude maria virgo cunctas hereses sola interemisti in vniuerso mundo. **an.** Dignare. **Psalmus.**

Dominus regnavit exultet terra: letentur insule multe.

Rom̄.

e

Ad matutinas.

Dubes & caligo in circuitu ei⁹: iustitia & iudiciū correctio sedis eius.

Ignis ante ipm̄ precedet: & inflāmabit in circuitu inimicos eius.

Alluxerunt fulgura eius orbi terre: vidit & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie dñi: a facie dñi omnis terra.

Annuntiauerunt celi iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.

Confundantur omnes qui adorant sculptilia: & qui gloriāntur in simulachris suis.

Adorate eum omnes angeli eius: audiuit & letata est sion.

Et exultauerunt filie iude: ppter iudicia tua domine.

Qm̄ tu dñs altissim⁹ sup oēm terrā: nimis exaltat⁹ es sup oēs deos.

Qui diligitis dñm odite malum: custodit dñs aīas sanctorū suorū: de manu peccatoris liberauit eos.

Lux orta est iusto: et rectis corde letitia.

Metamini iusti in dño: et confitemini memorie sanctificatiõis ei⁹.

Gloria patri. **an.** Dignare me laudare te virgo sacrata: da mihi virtutem contra hostes tuos. **an.** Post partum.

Psalmus.

Quante domino canticum novum: quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera eius: et brachium sanctum eius.

Notum fecit dñs salutare suum: in conspectu gentium revelavit iustitiam suam.

Recordatus est misericordie sue: & veritatis sue domui israel.

Viderunt omnes termini terre: salutare dei nostri.

Iubilate deo omnis terra: cantate & exultate & psallite.

Psallite domino in cithara, in cithara et voce psalmi: in tubis ductilibus & voce tube cornee.

Ad matutinas.

Tubilate in respectu regis dñi, moueatur mare et plenitudo eius: orbis terrarum & qui habitant in eo.

Alumina plaudent manu simul mōtes exultabunt a conspectu dñi: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbē terrarū in iustitia: & populos in equitate. **Gloria. an.**

Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. **V.** Diffusa est gratia i labijs tuis. **R.** Propterea benedixit te deus in eternum. **Pater n̄r.** Et ne nos.

Sed libera nos. C Benedictio.

Precibus et meritis b̄tē marie virginis & oīm sanctorū perducatur nos dñs ad regna celoz.

Amen. C Sube domine benedicere.

Nos cū prole pia benedicat virgo maria. Amen. Lectio prima.

In oibus requiē q̄siui, et in hereditate dñi morabor. **Tunc precepit et dixit michi creator oīm**

Ad matutinas. Fo. xxxv.

et q̄ creauit me requieuit in taber-
naculo meo: & dixit mihi. In iacob
inhabita, et in israel hereditare: et
in electis incis mitte radices. Tu au-
tem dñe miserere nostri. Deo gr̄as.

R. Sct̄a & immaculata uirginitas
quib⁹ te laudibus efferā, nescio. Quē
quē celi capere nō poterāt, tuo gre-
mio contulisti. **R.** Benedicta tu in
mulieribus & benedictus fruct⁹ vē-
tris tui. Quē quem celi capere nō po-
terant tuo gremio contulisti. Jube
dñe benedicere. **I**n omni tribula-
tione et angustia succurrat nobis
uirgo maria. Amen. **Lectio. ii.**

Et sic in sion firmata sum, &
in ciuitate sanctificata simi-
liter requieui: & in hierusalem pote-
stas mea. Et radicaui in pp̄lo ho-
norificato: & in partes dei mei here-
ditas illius: & in plenitudine sc̄toꝝū
detentio mea. Tu aut̄ dñe misere-
re n̄ri. Deo gr̄as. **R.** St̄a es uirgo

Ad matutinas.

maria que dominum portasti crea-
tozem mundi. Genuisti qui te fecit
& in eternum permanes virgo. **V.**

Aue maria gratia plena dominus
tecum. Genuisti qui te fecit. Iube
domine benedicere. **P**er virginem
matrem cōcedat nobis dñs salutē
et pacem. Amen. **Lectio tertia.**

Quasi sedrus exaltata sum
in libano: et quasi cypressus
in monte sion. Quasi palma exal-
tata sum in cades: & quasi plātatio
rose in hierico. Quasi oliua specio-
sa in campis: & quasi platanus ex-
altata sum iuxta aquas. In pla-
teis sicut cinnamomum et balla-
mum aromatizans odorem dedi:
quasi myrrha electa dedi suauita-
tem odoris. Tu autem domine mi-
serere nostri. Deo gratias. **R.** Fe-
lix namq; es sacra virgo maria et
omni laude dignissima. Quia ex
te ortus est sol iustitie Chyrist⁹ deus

34
Ad matutinas. Fo. xxxvj.

noſter. Verſus. Ora pro populo interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo ſexu: ſentiant omnes tuum leuamen quicumq; celebrant tuam commemorationem. Quia ex te ortus. Gloria patri & filio. **Chriſtus deus noſter.**

Canticum ſanctorum Ambroſij et Auguſtini.

Te deum laudamus: te dominum confitemur.

Te eternum patrem: omnis terra veneratur.

Tibi omnes angeli: tibi celi & vniuerſe poteſtates.

Tibi cherubin et ſeraphin: inceſſabili voce proclamant.

Sanctus. **S**anctus. **S**anctus dominus deus ſabaoth.

Pleni ſunt celi et terra: maietaſtis glorie tue.

Te glorioſus: apoſtolorum chorus.

Te prophetarum: laudabilis numerus.

e iiii

Ad matutinas.

Te martyrū candidatus: lau-
dat exercitus.

Te per orbem terrarum: sancta
confitetur ecclesia.

Patrem: immense maiestatis.

Venerandum tuum verū: & vni-
cum filium.

Sanctū quoq; paracletū spiritū.

Tu rex glorie christe.

Tu patris sempiternus es filius.

Tu ad liberandū suscepturus ho-
minem: nō horruisti vginis vterū.

Tu devicto mortis aculeo: aperui-
sti credentibus regnā celorum.

Tu ad dexteram dei sedes: in glo-
ria patris.

Iudex crederis esse venturus.

Te ergo q̄s famulistuis subueni:
quos precioso sanguine redemisti.

Eterna fac: cum sanctis tuis in
gloria numerari.

Saluum fac populum tuum do-
mine: et benedic hereditati tue.

35
Ad matutinas. Fo. xxxvii.

Et rege eos, & extolle illos: usque in
eternum.

Per singulos dies: benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in se-
culum: & in seculum seculi.

Dignare domine die isto: sine pec-
cato nos custodire.

Miserere nostri domine: miserere
nostri.

Fiat misericordia tua domine su-
per nos: quemadmodum speraui-
mus in te.

In te domine speraui: non confundar
in eternum.

Ad laudes.



Comment marie la noble dame
Vint faire visitation
Delysabeth, lors en son ame
Congneut la braye conception:

Deus adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me fe-
stina. **G**loria. **an.** Assumpta est. **ps.**

Dominus regnauit decorem
indutus est: indutus est do-
minus fortitudinem & precinxit se.
Et tenim firmavit orbem terre: qui
non commouebitur.

Parata sedes tua deus ex tunc: a
seculo tu es.

Eleuauerunt flumina domine: ele-
uauerunt flumina vocem suam.

Eleuauerunt flumina fluctus suos:
a vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mi-
rabilis in altis dominus.

Testimonia tua credibilia facta
sunt nimis: domum tuam decet san-
ctitudo domine in longitudinem dierum.

Gloria patri et filio. **Ana.** Assum-
pta est maria in celum, gaudent an-
geli laudantes benedicunt dominum.

an. Maria virgo. **Plalmus.**

Ad laudes.

Iubilate deo omnis terra: ser-
uite domino in letitia.

Introite in conspectu eius: in ex-
ultatione.

Scitote quoniam dñs ipse est deus:
ipse fecit nos & non ipsi nos.

Populus eius & oues pascue eius,
introite portas eius in confessione;
atria ei⁹ in hymnis & fiteamini illi.

Laudate nomen eius qm̄ suauis
est dñs in eternum misericordia eius: & bñs
in generatione & generationē veri-
tatis eius.

Gloria. **an.** Maria virgo
assumpta est ad ethereum thala-
mum in quo rex regū stellato sedet
solio, **an.** In odorem. **Psalmus.**

Deus deus meus: ad te de lu-
ce vigilo.

Sitiuit in te anima mea: q̄ mul-
tipliciter tibi caro mea.

In terra deserta inuia et in aquo-
sa, sic in sc̄to apparui tibi: vt vide-
rem virtutem tuā & gloriam tuā.

Quoniã melioꝝ est m̃ia tua super
bitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicã te in vita mea: et in
nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine replea-
tur anima mea: et labijs exultatio-
nis laudabit os meum.

Sic memor fui tui super stratum
meum in matutinis meditabor in
te: quia fuisti adiutor meus.

Et in velamẽto alarum tuarum
exultabo, adhesit aĩa mea post te:
me suscepit dextera tua.

Ipsi ṽo in vanũ q̃siet aĩam meã,
introibũt i inferiora terre: tradent̃
in manũ gladij ptes vulpiũ erunt.

Rex vero letabitur in deo, lauda-
bunt̃ omnes qui iurãt in eo: qz ob-
structũ est os loquẽtiũ iniqua. **ps.**

Deus misereat̃ ñri et benedi-
cat nobis: illuminet vultũ
suum sup nos & misereatur nostri.

Ut cognoscam⁹ in terra viã tuã:

Ad laudes.

in oibus gentibus salutare tuum.

Confiteant tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.

Tetentur et exultent gentes, quoniam iudicas populos in equitate: & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Bndicat nos deus deus noster, bndicat nos deus: & metuant eum oēs fines terre. **G**loria patri. **S**icut erat. **an.**

In odorem bnguentorum tuorum currimus: adolefcētule dilexerūt te nimis. **Añā.** Benedicta filia.

Canticum trium puerozum.

Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula.

Benedicite angeli domini domino: benedicite celi domino.

Benedicite aque omnes que super celos sunt domino: benedicite om-

nes virtutes domini domino.

Benedicite sol & luna domino: benedicite stelle celi domino.

Benedicite imber et ros dño: benedicite omnis spiritus dei dño.

Benedicite ignis et estus dño: benedicite frigus & estas domino.

Benedicite rores et pruina dño: benedicite gelu & frigus domino.

Benedicite glacies et niues dño: benedicite noctes & dies domino.

Benedicite lux & tenebre domino: benedicite fulgura & nubes dño.

Benedicat terra dominũ: laudet & superexaltet eum in secula.

Benedicite montes & colles domino: benedicite vniuersa germinantia in terra domino.

Benedicite fontes domino: benedicite maria & flumina domino.

Benedicite cete et omnia que mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres celi domino.

Ad laudes.

Benedicite omnes bestie & pecora
dño: benedicite filij hr̄minum dño.

Benedicat israel dominũ: laudet
& superexaltet eum in secula.

Benedicite sacerdotes dñi domi-
no: bñdicite serui domini domino.

Bñdicite spirit⁹ & aie iustoz dño:
bñdicite sc̄ti & humiles corde dño.

Benedicite anania, azaria, mi-
sael domino: laudate et superexal-
tate eum in secula.

Benedicamus patrem et filium
cum sancto spiritu: laudemus & su-
perexaltemus eum in secula.

Benedictus es dñe in firmamen-
to celi: et laudabilis et gloriosus et
superexaltatus in secula. Amen.

añã. Benedicta filia tu a dño: quia
per te fructum vite communicavi-
mus. **ñ.** Pulchra es. **Psalmus.**

Laudate dominum de celis:
laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli ei⁹:

laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stelle & lumen.

Laudate eum celi celorum: & aque que super celos sunt, laudent nomen domini.

Quia ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt.

Statuit ea in eternum et in seculum seculi: preceptum posuit & non peribit.

Laudate dominum de terra: dracones & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: que faciunt verbum eius.

Montes & omnes colles: ligna fructifera & omnes cedri.

Bestie et vniuersa pecora: serpentes & volucres pennate.

Reges terre & omnes populi: principes & omnes iudices terre.

Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super celum et ter-

Ad laudes.

ram: & exaltauit cornu populi sui.

Hymnus oībus sanctis eius: filiis
israel populo appropinquanti sibi.

Quante dño canticū nouum:
laus eius in ecclesia scōrū.

Metetur israel in eo qui fecit eum:
et filie sion exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in
tympano & psalterio psallant ei.

Quia bñplacitū est dño in populo
suo: & exaltauit māsueto s̄ salutē.

Exultabunt sancti in gloria: leta-
buntur in cubilibus suis.

Exultationes dei in gutture eorū:
& gladij ancipites in manib⁹ eorū.

Ad faciendam vindictā in natio-
nibus: increpationes in populis.

Ad alligādos reges eorum in cō-
pedibus: & nobiles eorum in mani-
cis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium cōscri-
ptum: gloria hec est omnibus san-
ctis eius.

Laudate dominū in sanctis
eius: laudate eum in firma-
mento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius:
laudate eum secundum multitudi-
nem magnitudinis eius.

Laudate eum i sono tube: lauda-
te eum in psalterio & cithara.

Laudate eū in tympano et choro:
laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis bene-
sonantibus: laudate eum in cym-
balis iubilationis: omnis spiritus
laudet dominum. **G**loria patri.

Añā. Pulchra es & decora filia hie-
rusalem, terribilis vt castroz acies
ordinata. **Capitulum.**

Viderunt eam filie sion, et
beatissimam predicauerūt
et regine laudauerunt eam. Deo
gratias. **Hymnus.**

O Gloriosa domina, excelsa su-
pra sydera; qui te creauit p-

Ad laudes.

uide, lactasti sacro ubere.

Quod eua tristis abstulit, tu reddis almo germine: intrent vt astra flebiles, celi fenestra facta es.

Tu regis alti ianua, et porta lucis fulgida: vitam datam per virginem, gentes redempte plaudite.

Gloria tibi dñe, q̄ natus es de virgine: cum patre & sancto spiritu, in sempiterna secula. Amen. **vs̄.** Benedicta tu in mulieribus. **vm.** Et benedictus fructus ventris tui. **an.** Beata dei genitrix.

Canticum zacharie.

Benedictus dominus de⁹ israel: quia visitauit & fecit redemptionem plebis sue.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui.

Sicut locut⁹ est per os sanctorū: q̄ a seculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris: & de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendā misericordiam cum patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandū qđ iurauit ad abraham patrē nr̄m: daturū se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nr̄ozū liberati: seruiamus illi.

In sanctitate ⁊ iustitia corā ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer ppheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius.

Ad dandā sciētiam salutis plebi eius: in remissionē peccatorū eozū.

Per viscera m̄ie dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris ⁊ in vmbra mortis sedēt: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria patri. *ān.* Beata dei genitrix maria, virgo perpetua, tēplū dñi, sacrarium spiritus sancti: sola sine exēplo placuisti domino nostro

Ad laudes.

iesu christo : ora pro populo , interueni pro clero , intercede pro deuoto femineo sexu. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. **Oratio.**

Deus qui de beate marie virginis utero uerbum tuum angelo nuntiante carnem suscipere uoluisti: presta supplicibus tuis: ut qui uere eam dei genitricem credimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem christum dominum nostrum.

Commemoratio de sanctis. añ.

Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumque salute. **Psus.** Letamini in domino et exultate iusti. **Rm.** Et gloriamini omnes recti corde. **Oratio.**

Protege domine populū tuum: et apostolorum tuorum petri et pauli: et aliorum apostolorum

rum patrociniō cōfidentem perpe-
tua defensione conserua. **Oratio.**

Omnēs sancti tui quesumus
Domine nos ubiq; adiuuent:
vt dum eorū merita recolimus: pa-
trociniā sentiamus. Et pacem tuā
nostris cōcede temporibus: & ab ec-
clesia tua cūctam repelle nequitia.
Iter, actus, & voluntates nostras:
et omnium famulorum tuorum in
salutis tue prosperitate dispone: be-
nefactorib; nostris sempiterna bo-
na retribue: et omnibus fidelibus
defunctis requiem eternam conce-
de. Per dominum nostrum iesum
christum filium tuum. Qui tecum
biuit & regnat deus. Per omnia se-
cula seculorum. Amē. Domine ex-
audi orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Benedicamus
domino. Deo gratias. Fidelium ani-
me defunctorum per misericordiā
dei requiescant in pace. Amen.

Aue stella.

Aue stella matutina; mundi princeps & regina: virgo sola digna dici: inter tela inimici: clypeum pone salutis: tue titulum virtutis. Tu es enim virga iesse, in qua deus fecit esse aaron amigdalum, mundi tollēs scandalum. Tu es area compluta: celesti roze imbuta, sicco tamen vellere. Tu nos in hoc carcere solare propitia: dei plena gratia. **O** mater dei electa: esto nobis via recta: ad eterna gaudia, vbi pax & gloria: et nos semper aure pia dulcis exaudi maria. **Ps.** Dignare me laudare te virgo sacra. **Rz.** Da mihi virtutem contra hostes tuos. **Oratio.**

Gratia tuā q̄s dñe mentibus n̄ris infunde: vt q̄ āgelo nūtiatē christi filij tui incarnationem cognouim⁹: per passionē ei⁹ et crucem ad resurrectionis gloriā perducamur. **Per eūdē. ꝛc.** **Ad primā.**



Cômêt christ eut prins naissãce
En la creiche trespouurement:
La vierge en pfaicte obeissance
La adoze deuotement.

Ad primam

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me fe-
stina. **G**loria patri & filio: & spiritui sancto.

Sicut erat in principio. **Hymnus.**

Memento salutis auctorem, qui
nostri quondam corporis: ex illiba-
ta uirgine, nascendo formam supereris.

Maria mater gratie, mater mise-
ricordie: tu nos ab hoste protege, et
hora mortis suscipe.

Gloria tibi domine, qui natus es
de uirgine: cum patre et sancto spi-
ritu, in sempiterna secula. Amen.

an. Assumpta est. **Psalmus.**

Deus in nomine tuo saluum me
fac: & in uirtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meam:
auribus percipe uerba oris mei.

Quonia alieni insurrexerunt ad-
uersum me, & fortes quesierunt ani-
mam meam: et non proposuerunt
deum ante conspectum suum.

Ecce enim deus adiuuat me: & do-

minus susceptor est anime mee.

Auerte mala inimicis meis: & in
beritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, & confi
tebor noi tuo dñe: qm̄ bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione
eripuisti me: et sup inimicos meos
desperit oculus meus.

Gloria patri & filio: & spūi sancto.

Sicut erat in principio. **Psalm⁹.**

Benedixisti dñe terram tuā:
auertisti captiuitatē iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tue:
operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuā: auer
tisti ab ira indignationis tue.

Conuerte nos deus salutaris no
ster: & auerte iram tuam a nobis.

Nūquid in eternum irasceris no
bis: aut extends iram tuam a ge
neratione in generationem?

Deus tu uersus uiuificabis nos:
& plebs tua letabitur in te.

Ad primam

Ostende nobis dñe miã tuam: & salutare tuum da nobis.

Audiã qđ loquat̃ in me dñs deus: qm̃ loquet̃ pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: et i eos qui conuertuntur ad coz.

Verũtũ ppe timẽtes eũ salutare ipsi⁹: vt inhabitet glia in fra nãa.

Mia et veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculate sunt.

Veritas de terra orta est: et iustitia de celo prosperit.

Et enim dñs dabit benignitatẽ: et terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: et ponet in via gressus suos.

Gloria patri.

Psalmus.

Laudate dñm omnes gẽtes: laudate eũ omnes populi.

Qm̃ confirmata est sup nos miã ei⁹: & veritas dñi manet in eternũ.

Gloria patri. **Añã.** Assumpta est maria in celũ: gaudent angeli lau-

De nostra dñā. Fo. xlvij.

dātes benedicunt dñm. **Capitulu.**

Que est ista q̄ p̄gredit̄ quasi
auroza cōsurgens: pulchra
vt luna, electa vt sol, terribilis vt ca-
strozum acies ordinata: Deo gra-
tias. **Vsus.** Dignare me laudare te
virgo sacrata. **Rz.** Da mihi virtu-
tem contra hostes tuos. **Kyrie elei-
son.** **Chyriste eleison.** **Kyrie eleison.**
Dñe exaudi orationē meā. Et cla-
mor meus ad te veniat. **Oratio.**

De qui virginalem aulam
btē marie virginis in qua
habitares eligere dignatus es: da
quesumus: vt sua nos defensione
munitos: iocūdos faciat sue inter-
esse commemorationi. Qui.

Commemoratio de sanctis. añ.
Sancti dei omnes intercedere di-
gnemini pro nostra omniumq; sa-
lute. **Vsus.** Letamini in domino et
exultate iusti. **Rm.** Et gloriamini
omnes recti corde. **Oratio.**

Ad primam de nra dña.

Exaudi nos de⁹ salutaris no-
ster: & apostolorum tuorum
petri & pauli: & aliorum apostolorum
nos tuere presidij: quorum donasti
fideles esse doctrinis. **Oratio.**

Omnēs sancti tui q̄s dñe nos
vbiq; adiuent: vt dum eorum
merita recolimus: patrocinia sen-
tiamus. Et pacem tuā nr̄is cōcede
temporib⁹: & ab ecclesia tua cunctā
repelle nequitia. Iter, actus, & volū-
tates nr̄as: & oīm famulorum tuorum
in salutis tue prosperitate dispone:
benefactorib⁹ nostris sempiternā
bona retribue: et omnibus fidelib⁹
defunctis requiem eternā concede.
Per dñm nostrum iesum christum
filium tuum. Qui tecum viuī & re-
gnat de⁹. Per oīa. Dñe exaudi. Et
clamoꝝ. Benedicam⁹ domino. Deo
gr̄as. Fidelium aīe defunctorum per
mīam dei req̄escāt in pace. Amen.

Ad tertiam de nostra domina.



Cômêt lange dist aux pastours
Joye et esbat soit demene:
Courez en bethleem le cours
Car le filz de dieu y est ne,

Ad tertiam

Deus i adiutoriu meū itē de.
Dñe ad adiuuandū me fe-
stina. **G**loria p̄ri & filio: & sp̄i sctō.

Sicut erat in principio. **Hymnus.**

Memento salutis authoz, q̄
n̄ri quondā corpis: ex illiba-
ta v̄gine, nascēdo formā sūpleris.

Maria mater gratie, mater mise-
ricordie: tu nos ab hoste protege, et
hora mortis suscipe.

Gloria tibi domine, qui natus es
de virgine: cum patre & sancto spi-
ritu, in sempiterna secula. Amen.

An. Maria virgo. **Psalmus.**

Ad dñm cum tribularer cla-
maui: & exaudiuit me.

Domine libera aīam meam a la-
bijs iniquis: et a lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid appona-
tur tibi: ad linguam dolosam?

Sagitte potentis acute: cum car-
bonibus desolatorijs.

Heu mihi q̄ incolat⁹ meus plon-

gatus est: habitavi cū habitātibz cedar, multū incola fuit aīa mea.

Cum his qui oderunt pacē, eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. **G**ra p̄ci. **ps.**

Leuavi oculos meos in mōtes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino: qui fecit celum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neq; dormitet q̄ custodit te.

Ecce nō dormitabit neq; dormiet: qui custodit israel.

Dominus custodit te dñs p̄tectio tua: super manum dexterā tuam.

Per diem sol non v̄ret te: neq; luna per noctem.

Dñs custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus.

Dñs custodiat introitū tuū et exitum tuū: ex hoc nūc & vsq; in sc̄m.

Gloria patri. **S**icut erat. **ps.**

Ad tertiam

L Etatus sum in his que dicta sunt mihi: in domū domini ibimus.

S tantes erant pedes nostri: in atrijs tuis hierusalem.

H ierusalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

I lluc enim ascenderūt tribus tribus domini: testimoniū israel ad confitendum nomini domini.

Q uia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum dauid.

R ogate que ad pacē sunt hierusalem: et abundantia diligentibus te.

E iat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis.

P ropter fratres meos et proximos meos: loquebar pacem de te.

P ropter domū domini dei nostri: quesiuī bona tibi. **G** lia patri. **an.**

M aria virgo assumpta est ad etheream thalamum in quo rex regū

stellato sedet solio. **Capitulum.**

E sic in sion firmata sum et
in ciuitate sanctificata simili-
ter requieui: et i hierusalē potestas
mea. Deo gratias. **Ps.** Diffusa est
gratia in labijs tuis. **R.** Propter-
ea benedixit te deus in eternū. Ky-
rie eleison. Christe eleison. Kyrie el.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus. **Oratio.**

Deus qui salutē eterne beate
marie virginitate fecunda
humano generi premia prestitisti:
tribue q̄s: vt ipsam p nobis inter-
cedere sentiam⁹ per quā meruim⁹
authozē vite suscipere: dñm nostrū
iesum christū filiū tuū. Qui cum.

Commemoratio de sanctis. añ.

Sancti dei omnes intercedere di-
gnemini pro nostra omniumq; sa-
lute. **Usus.** Letamini in domino et
exultate iusti. **R.** Et gloriamini
omnes recti corde. **Oratio.**


Ad tertiam de nra dña.


Protege dñe populū tuum: & apostolorum tuorum petri & pauli: & aliorum apostolorum patrocinio confidentem: perpetua defensione conserva.

Oratio.

Omnes sancti tui q̄s dñe nos ubiq; adiuuent: vt dum eorū merita recolimus: patrocinia sentiamus. Et pacem tuā nr̄is cōcede tēporibus: & ab ecclesia tua cunctā repelle nequitia. Iter, act⁹, & voluntates nr̄as: & oīm famulorū tuorū in salutis tue prosperitate dispone: benefactorib⁹ nostris sempiterna bona retribue: et omnib⁹ fidelibus defunctis requiem eternā concede. Per dñm nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuūt & regnat de⁹. Per omnia. Dñe exaudi. Et clamor. Bñdicamus dño. Deo gr̄as. Fidelium aīe defunctorū per miām dei requiescāt in pace. Amē.

Ad sextam de nra dña.





De nostra domina. Fo. liij.

Quia multum repleta est anima
nostra: opprobrium abundantibus
et despectio superbis.

Gloria patri & filio. **Psalmus.**

Nisi quia dominus erat in no-
bis dicat nunc israel: nisi quia
dominus erat in nobis.

Qum exurgerent homines in nos:
forte viuos deglutissent nos.

Qum irasceretur furor eorum in nos:
forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiuit anima
nostra: forsitan pertransisset anima
nostra aquam intolerabilem.

Benedictus dominus qui non dedit
nos: in captionem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta
est: de laqueo venantium.

Laqueus contritus est: & nos libe-
rati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine
domini: qui fecit celum & terram.

Gloria patri & filio. **Psalmus.**

Ad sextam

Qui confidunt in domino sicut mons sion: non commovebitur in eternum qui habitat in hierusalem.

Montes in circuitu eius et dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc & usque in seculum.

Quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac dominus bonis & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes, adducet dominus cum operantibus iniquitatem: pax super israel.

Gloria patri et filio. **S**icut erat.
An. In odorem unguentorum tuorum currunt adolescentule dilexerunt te nimis. **Capitulum.**

Eradicavi in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctorum detentio mea. Deo gra-

De nostra dñā. Fo. liij.

49
rias. **Oratio.** Benedicta tu in mulie-
ribus. **Rm.** Et benedictus fructus
ventris tui. Kyrie eleison. Christe
eleison. Kyrie eleison. Domine ex-
audi orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat.

Oratio.
Agnosce misericors deus fra-
gilitati nre presidium: vt qui
sancte dei genitricis & virginis ma-
rie memoriam agimus: intercessio-
nis eius auxilio: a nostris iniquita-
tibus resurgamus. Per eundem.

Commemoratio de sanctis. añ.
Sancti dei omnes intercedere di-
gnemini pro nostra omniumq; sa-
lute. **Oratio.** Letamini in domino et
exultate iusti. **Rm.** Et gloriamini
omnes recti corde.

Oratio.
Audi nos deus salutaris no-
ster: & apostolorum tuorum pe-
tri & pauli: & aliorum apostolorum
nos tuere presidij: quorum donasti
fideles esse doctrinis. **Oratio.**

Ad sextā de nostra domina.

Omnēs sancti tui quesumus
domine nos ubiq; adiuuent:
vt dum eorū merita recolimus: pa-
trocinia sentiamus. Et pacem tuā
nostris cōcede temporibus: & ab ec-
clesia tua cūctam repelle nequitia.
Iter, actus, & voluntates nostras:
et omnium famulorum tuorum in
salutis tue prosperitate dispone: be-
nefactorib; nostris sempiterna bo-
na retribue: et omnibus fidelibus
defunctis requiem eternam conce-
de. Per dominum nostrum iesum
christum filium tuum. Qui tecum
viuit & regnat deus. Per omnia se-
cula seculorum. Amē. Domine ex-
audi orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Benedicamus
domino. Deo gratias. Fidelium ani-
me defunctorum per misericordiā
dei requiescant in pace. Amen.

Ad nonam de nra dña.



Cômēt symeon prestre antique
Faisant la circuncision:
A dit au peuple iudaique
Voicy nostre redemption.

Ad nonam

Deus i adiutoriu meū itēde,
Dñe ad adiuuandū me fe-
stina. **G**loria p̄ri & filio: & sp̄i sctō.

Sicut erat in principio. **Hymnus.**

Memento salutis authoz, q̄
nr̄i quondā corpis: ex illiba-
ta v̄gine, nascēdo formā sūpleris.

Maria mater gratie, mater mise-
ricordie: tu nos ab hoste protege, et
hora mortis suscipe.

Gloria tibi domine, qui natus es
de virgine: cum patre & sancto spi-
ritu, in sempiterna secula. Amen.

an. Pulchra es.

Psalmus.

In conuertendo dominus ca-
ptiuitatem sion: facti sumus
sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os no-
strū: & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gētes: magni-
ficauit dominus facere cum eis.

Magnificauit domin⁹ facere no-
biscum: facti sumus letantes.

Conuertere dñe captiuitatem nostram: sicut torrens in austro.

Qui semināt in lachrymis: in exultatione metent.

Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua.

Venientes autē venient cū exultatione: portātes manipulos suos.

Gloria patri. **Psalmus.**

Nisi dominus edificauerit domum: in vanum laborauerunt qui edificant eam.

Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eā.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquā sederitis qui manducatis panem doloris.

Qum dederit dilectis suis somnū: ecce hereditas domini filij in merces fructus ventris.

Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussorum.

Beatus vir qui impleuit desiderium

Ad nonam

suum ex ipsis: nō cōfundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria patri et filio: et spūi sancto.

Sicut erat in principio. **Psalm⁹.**

Beati omnes qui timent dñm:
qui ambulant in vijs eius.

Labores manuum tuarū qz mādu-
cabis: beatus es & bene tibi erit.

Trox tua sicut vitis abundās: in
lateribus domus tue.

Filij tui sicut nouelle oliuarū: in
circuitu mense tue.

Ecce sic benedicetur homo: qui ti-
met dominum.

Benedicat tibi dominus ex sion: &
videas bona hierusalem omnibus
diebus vite tue.

Et videas filios filiorū tuorū: pa-
cem super israel.

Gloria patri & filio: & spūi sancto.

an. Dulchra es & decora filia hieru-
salem, terribilis vt castrorū acies
ordinata.

Capitulum

In plateis sicut cinnamomū
et balsamum aromatizans
odorem dedi, quasi myrrha electa
dedi suauitatem odoris. Deo gra-
tias. **Ps.** Post partum virgo inui-
olata permansisti. **Rz.** Dei genitrix
intercede pro nobis. Kyrie eleison.
Christe eleison. Kyrie eleison, Do-
mine exaudi. Et clamor. **Oratio.**

H Annulorum tuorum q̄s dñe
delictis ignosce: vt q̄ tibi pla-
cere de actibus nostris nō valem⁹:
genitricis filij tui dñi nri Jesu chri-
sti intercessione saluemur. Per.

Commemoratio de sanctis. añ.
Scti dei oēs intercedere dignemi-
ni p nra oūqz salute. **Ps.** Letamini
in domino & exultate iusti. **Rm.** Et
gloriamini oēs recti corde. **Oratio.**

PResta q̄s op̄s de⁹: vt nullis
nos permittas pturbationi-
bus cōcuti: quos in apostolice con-
fessionis petra solidasti. **Oratio.**

Ad nonam de nra dña.

Omnēs sancti tui quesumus
domine nos ubiq; adiuent:
vt dum eorū merita recolimus pa-
trociniā sentiamus. Et pacem tuā
nostris cōcede temporibus: & ab ec-
clesia tua cūctam repelle nequitia.
Iter, actus, & voluntates nostras,
& omnium famulorum tuorum in
salutis tue prosperitate dispone: be-
nefactoribus nostris sempiterna bo-
na retribue: et omnibus fidelibus
defunctis requiem eternam conce-
de. Per dominum nostrum Iesum
christum filium tuum. Qui tecum
viuit & regnat deus. Per omnia se-
cula seculorum. Amē. Domine ex-
audi orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Benedicamus
dño. Deo gratias. Fidelium anime
defunctorum per misericordiā dei
requiescant in pace. Amen.

C Ad vesp̄as de nra dña.

eraltabit caput.

Gloria p̄ri. **an.** Dū esset rex i accu-
bitu suo: nardus mea dedit odorē
suauitatis. **an.** Leua ei⁹. **Psalm⁹.**

Laudate pueri dominū: lau-
date nomen domini.

Sit nomen domini benedictū: ex
hoc nunc & vsq; in seculum.

A solis ortu vsq; ad occasum: lau-
dabile nomen domini.

Excellus super omnes gentes do-
minus: et super celos gloria eius.

Quis sicut dominus deus noster:
qui in altis habitat: et humilia re-
spicit in celo & in terra:

Suscitans a terra inopem: et de
stercoze erigens pauperem.

Ut collocet eum cum p̄ncipibus:
cum p̄ncipibus populi sui.

Qui habitare facit sterilē i domo
matrē filioꝝ letantē. **G**loria. **an.** Le-
ua ei⁹ sub capite meo: & dextera illius
amplexabit me. **ā.** Nigra sum. **ps.**

Ad vesp̄as.

Ictatus sum in his que dē-
cta sunt mihi: in domū do-
mini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in
atrijs tuis hierusalem.

Hierusalem que edificatur vt ci-
uitas: cuius participatio eius in
idipsum.

Illuc enim ascēderunt tribus tri-
bus domini: testimonium israel ad
confitendum nomini domini.

Quia illic sederunt sedes in iudi-
cio: sedes super domum david.

Rogate que ad pacē sunt hierusa-
lem: et abūdantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: et abun-
dantia in turribus tuis.

Propter fratres meos et p̄rimos
meos: loquebar pacem de te.

Propter domū domini dei nostri:
quesiui bona tibi.

Gloria p̄ri. **An.** Nigra sum sed for-
mosa filia hierusalem ideo dilexit.

me rex & introduxit me in cubiculū
suum. *an.* Jam hyems. **Psalmus.**

Nisi dominus edificauerit do-
mum: in vanum laboraue-
runt qui edificant eam.

Nisi dominus custodierit ciuita-
tem: frustra vigilat q̄ custodit eā:

Vanum est vobis ante lucem sur-
gere: surgite postq̄ sederitis q̄ man-
ducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnū:
ecce hereditas domini filij merces
fructus ventris.

Sicut sagitte in manu potentis:
ita filij excussorum.

Beatus vir q̄ impleuit desiderū
suum ex ipsis: nō cōfundetur cum
loquetur inimicis suis in porta.

Gloria p̄ri & filio: & sp̄i sancto.

Sicut erat in principio & nunc.

An. Jam hyems transijt, imber
abiit et recessit: surge amica mea et
veni. *an.* **Speciosa.**

Psalmus.

h iij

Ad vesp̄as

Lauda hierusalē dominum:
lauda deum tuum sion.

Quoniam confortauit seras portarum
tuarum: benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacē: & adipe
frumenti satiat te.

Qui emittit eloquiū suum terre:
velociter currit sermo eius.

Qui dat niuem sicut lanam: nebulam
sicut cinerem spargit.

Mittit crySTALLUM suam sicut buccellas:
ante faciē frigoris eius quis sustinebit?

Emittet verbū suum & liquefaciet
ea: flabit spūs eius & fluent aque.

Qui annuntiat verbum suum iacob:
iustitias & iudicia sua israel.

Nō fecit taliter oī natiōi: & iudicia
sua nō manifestauit eis. **Ora. añ.**

Speciōsa facta es & suauis: in delicijs
tuis sancta dei genitrix. **Cpm.**

A B initio & ante sc̄la creata
sū, & vsq; ad futurū sc̄m nō

desinā: et ī habitatiōe sctā corā ipso

A (mīstravi. Deo grās. *Hy⁹*.
Ave maris stella, dei mīr al-
ma: atq; semp vgo, felix celi porta.

S umens illud ave, gabrielis ore:
fūda nos ī pace, mutās nomē eue.

S olue vicia reis, pfer lumē cecis:
mala nra pelle, bona cuncta posce.

M onstra te esse matrē, sumat p te
pces: q̄ p nobis nat⁹, tulit esse tuus.

V irgo singulari, int̄ oēs mīr: nos
culpīs solutos, mites fac & castos.

V itā p̄sta purā, iter para tutum:
vt vidētes iesum, semp colletemur.

S it laus deo p̄ri, sūmo ch̄ro dec⁹:
sp̄i sctō, trin⁹ honoz vnus. Amen.

Ps⁹. Diffusa est grā in labijs tuis.

R³. Propterea benedixit te deus in
eternum. *An.* Beata mater.

Canticū beate marie virginis.

M agnificat: aīa mea dñm.
Et exultavit spirit⁹ meus:
in deo salutari meo.

Ad vesp̄as

Quia respexit humilitatē ancille
sue: ecce enim ex hoc beatam me di-
cent omnes generationes.

Qui fecit mihi magna qui potens
est: & sanctum nomen eius.

Et misericordia eius a p̄genie in
p̄rogenies: timentibus eum.

Fecit potentiā in brachio suo: di-
spersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: et exal-
tauit humiles.

Esuriētes impleuit bonis: & diui-
tes dimisit inanes.

Suscepit israel puerum suum: re-
cordatus misericordie sue.

Sicut locutus est ad patres n̄ros:
abraham & semini eius in secula.

Gloria patri & filio: & sp̄i sancto.

Sicut erat in principio et nunc et
semper: & in secula seculorū. Amen.

aria. Beata mater et innapta vir-
go gloriosa regina mundi, interce-
de p̄ nobis ad dominū. Kyrie elei-

De nostra dñia. Fo. lxx.

son. **Ch**riste eleison. **Kyrie** eleison.
Dñe exaudi orationē meā. Et cla-
mor meus ad te veniat. **Oratio.**

Quoniam nos famulos tuos
quesumus domine de^o per-
petua mentis et corporis sanitate
gaudere: & gloriosa btē marie sem-
per virginis intercessione a presen-
ti liberari tristitia: & eterna perfrui
letitia. Per dominum nostrum.

C. Commemoratio de sanctis. añ.

Sancti dei omnes intercedere di-
gnemini pro nostra omniumq; sa-
lute. **Vs.** Letamini in domino et
exultate iusti. **Rm.** Et gloriamini
omnes recti corde. **Oratio.**

Protege domine populū tu-
um: & apostolorum tuorum
petri et pauli: et aliorum apostolo-
rum patrociniō cōfidentem perpe-
tua defensione cōserua. **Oratio.**

Omnes sancti tui quesumus
domine nos ubiq; adiuuent:

Ad vesperas de nra dña.

Ut dum eorum merita recolimus patrocina sentiamus. Et pacem tuam nostris concede temporibus: & ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Iter, actus, & voluntates nostras, & omnium famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone: benefactoribus nostris sempiterna bona retribue: et omnibus fidelibus defunctis requiem eternam concede. Per dominum nostrum Iesum christum filium tuum. Qui tecum vivit & regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Benedicamus dño. Deo gratias. Fidelium anime defunctorum per misericordiam dei requiescant in pace. Amen.

**Ad completorium de
nostram domina.**

De profundis clamaui ad te
dñe: dñe exaudi vocē meam.

Fiant aures tue intendentes: in
vocem deprecationis mee.

Si iniquitates obseruaueris do-
mine: domine quis sustinebit?

Quia apud te ppitiatio est: & pro-
pter legem tuā sustinui te domine.

Sustinuit aīa mea in verbo eius:
sperauit anima mea in domino.

A custodia matutina vsq; ad no-
ctem: speret israel in domino.

Quia apud dñm misericordia: et
copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet israel: ex omnib;
iniquitatibus eius.

Gloria patri & filio. **Psalmus.**

Domine non est exaltatū cor
meū: neq; elati sūt oclī mei.

Neq; ambulauī in magnis: neq;
in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam: sed
exaltaui animam meam.

Ad completorium

Sicut ablactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea.

Speret israel in dño: ex hoc nunc et vsq; in seculum.

Gloria patri & filio. **Hymnus.**

Memento salutis auctoris, q̄ n̄ri quondã corpis: ex illibata p̄gine, nascēdo formã sūpleris.

Maria mater gratie, mater misericordie: tu nos ab hoste protege, et hora mortis suscipe.

Gloria tibi domine, qui natus es de virgine: cum patre & sancto spiritu, in sempiterna secula. **Amen. cp.**

Ago mater pulchre dilectionis & timoris et magnitudinis et sancte spei. Deo gratias. **ps.**

Ora pro nobis sancta dei genitrix.

R. Ut digni efficiamur p̄missionibus christi. **an.** Sub tuum.

Canticum simeonis.

Nunc dimittis seruum tuum dñe: scđm p̄bũ tuũ in pace.

Quia viderunt oculi mei: salutare tuum.

Quod parasti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad revelationē gentiū: et gloriā plebis tue israel. **G**loria p̄ri.

ān. Sub tuum presidium cōfugim⁹ sancta dei genitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus: sed a periculis cunctis libera nos semp virgo bñdicta. Kyrie eleison. Chryste eleison. Kyrie eleison. Dñe exaudi. Et clamor. **Oratio.**

Beate et gloriose sempqz virgib⁹ marie q̄s dñe intercessio gloriosa nos p̄tegat: & ad vitā perducatur eternā. Per dñm nostrum.

Commemoratio de sanctis. **ān.**

Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumqz salute.

Psus. Letamini in domino et exultate iusti.

Rm. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

Ad cōpletoriū de nra dña.

Audi nos de⁹ salutaris no-
ster: & apostolorum tuorum
petri & pauli: & aliorum apostolorū
nos tuere presidijs: quorū donasti
fideles esse doctrinis. **Oratio.**

Omnēs sancti tui q̄s dñe nos
vbicq; adiuuent: vt dum eorū
merita recolimus: patrociniā sen-
tiamus. Et pacem tuā nr̄is cōcede
temporib⁹: & ab ecclesia tua cunctā
repelle nequitia. Iter, actus, & volū-
tates nr̄as: & oīm famulorū tuorū
in salutis tue prosperitate dispone:
benefactorib⁹ nostris sempiterna
bona retribue: et omnibus fidelib⁹
defunctis requiem eternā concede.
Per dñm nostrum iesum christum
filium tuum. Qui tecum viuūt & re-
gnat de⁹. Per omnia. Domine ex-
audi. Et clamor. Benedicamus do-
mino. Deo gratias. Fidelium ani-
me defunctorum per misericordiā
dei requiescant in pace. Amen.

59
Post cōpletorium. Fo. lxxv.

Salutatio ad superbenedictam
virginem Mariam.

Salue regina mie, vita, dulce-
do, et spes nostra salue. Ad te
clamamus exules filij eue. Ad te su-
spiramus gemētes & flentes in hac
lachrymarum valle. Eia ergo, ad-
uocata nostra illos tuos misericor-
des oculos ad nos cōuerte. Et iesum
benedictū fructū ventris tui: nobis
post hoc exiliū ostende. **O** clemens,
O pia, **O** dulcis maria. **A.** Aue ma-
ria grā plena dñs tecum. **sc.** **Oto.**

O Mps sempiternae de⁹ q̄ ḡtiōse
virginis m̄ris marie corp⁹ &
aiam vt dignū filij tui habitaculū
effici mereret: spūsancto cooperāte
pparasti, da vt cui⁹ cōmemoratiōe
letamur: ei⁹ pia intercessione ab in-
stantib⁹ malis, & a morte perpetua
atq; subitanea liberemur. p̄ eundē:
Fideliū anime defunctorū p̄ miām
dei requiescant in pace. Amen. **ps.**

Rom̄.

i

Post completorium.

Deus mīseret̃ n̄ri et benedi-
cat nobis: illuminet vultū
suum sup nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscam⁹ in terra viā tuā:
in oībus gentibus salutare tuum.

Confiteant̃ tibi populi deus: con-
fiteantur tibi populi omnes.

Retentur & exultent gentes, quo-
niam iudicas populos in equitate:
et gentes in terra dirigis.

Confiteant̃ tibi populi deus, con-
fiteantur tibi populi omnes: terra
dedit fructum suum.

Bēdicat nos de⁹ deus n̄r, benedi-
cat nos de⁹: et metuāt eū oēs fines
terre. **G**loria. **V.** Dñe de⁹ virtutū con-

uertere nos. **R.** Et ostēde faciē tuā et
salui erimus. **V.** Exurge chris̄te ad-

iuua nos. **R.** Et libera nos p̄p̄t no-
men tuū. Dñe exaudi. Et cla. **O**ro.

Deus qui illuminas noctē &
lucem post tenebras facis:
concede nobis famulis tuis: vt hāc

60
Pro defunctis. Fo. lxxvj.

noctem sine vlllo impedimēto sata-
ne trāseam⁹: atq; in matutinis ho-
ris ad sc̄t̄m altare tuū recurrentes
tibi dño deo viuo et vero laudes et
gratias agamus. Per do. **Oratio.**

Director in te sperantium
deus sine quo nihil est vali-
dum, nihil sanctum, multiplica su-
per nos misericordiam tuam, vt te
rectore te duce sic transeamus per
bona temporalia, vt non amitta-
mus eterna. Per dominum nostrū
iesum christum filium tuum.

Pro fidelib⁹ defunctis. Psalm⁹.
De pfundis clamaui. **V.** Requiem
eternā dona eis domine. **R.** Et lux
perpetua luceat eis. **Oratio.**

Deus q̄ inter apostolicos sa-
cerdotes famulos tuos pon-
tificali seu sacerdotali fecisti digni-
tate vigere, presta quesum⁹: vt eo-
rum quoq; perpetuo aggregentur
consortio. **Oratio.**

t ij

Pro defunctis.

Deus benielargitor & huma-
ne salutis amator, q̄s clemē-
tiam tuā vt nostre congregationis
fratres, sorores, p̄p̄inquos, et om-
nes benefactores nostros q̄ ex hoc
seculo trāsierūt beata maria semp
virgine intercedēte cum oībus san-
ctis tuis ad perpetue beatitudinis
cōsōrtium peruenire ꝛcedas. **Oro.**

Hideliū deus omnium cō-
ditor & redēptor, animabus
famuloꝝū famularumq; tuarū re-
missionem cūctoꝝum tribue pecca-
toꝝum: vt indulgētiam quam sem-
per optauerūt, pijs supplicationi-
bus consequantur. Qui viuīs & re-
gnas deus. Per omnia.

**In aduentu domini officiū bea-
te marie dicitur modo predicto: ex-
ceptis specialib⁹ antiphonis in tē-
pore inferius ordinatis. Ad vespē-
ras p̄imi sabbati de aduentu do-
mini vsq; ad vigiliam natiuitatis**

61
In aduentu dñi. Fo. lxxvij.

dñi agit officium modo subscripto.

C Sabbato ante primā dominicā
de aduentu. **C** Ad vesp̄as.

D Eus i adiutoriu meū itēde.
Domine ad adiuuādum.

G r̄ia p̄ri. Sicut erat. **ān.** Diffus
est. cū reliquis añis de laudib⁹. **p̄i.**

Dixit dominus. Laudate pueri.
cum reliquis psalmis. **Capitulū.**

E Gredietur virga de radice
Iesse: & flos de radice ei⁹ ascē-

det, & requiescet super eum spiritus
domini. Deo gr̄as. **Hymnus.** Aue

maris stella. **V.** Diffusa est gratia
in labijs tuis. **R.** Propterea bene-

dixit te deus in eternum. **Ad ma-**
gnificat. ān. Spiritus sanctus in

te descendet maria, ne timeas ha-

bens in vtero filium dei alleluia.

Kyrie eleison. Christe eleison. Ky-
rie eleison. Domine exaudi oratio-

nem meam. Et clamor meus ad te
veniat. **Oratio.**

In aduentu domini.

Deus qui de beate marie vir-
ginis utero verbum tuum
angelo nunciante carnem suscipere
voluisti, presta supplicibus tuis: vt
qui vere eam dei genitricem credi-
mus: eius apud te intercessionibus
adiuuemur. Per eundem christum
dominum nostrum. **an.** Ecce dñs
veniet & omnes sancti eius cum eo,
et erit i die illa lux magna alleluia.

Ps. Ecce apparebit dominus super
nubem candidam. **Rm.** Et cum eo
sanctorum milia **Oratio.**

Aduertere nos deus salutaris
visitando purifica: vt veni-
ens dñs noster iesus christus cū oib⁹
sc̄tis paratā sibi in nobis inueniat
māsiōnē. Qui tecū. **rc.** Bñdicam⁹
dño. Deo gr̄as. **Ad cōpletorium.**

Aduertere nos deus salutaris
noster. Et auerte irā tuā a
nobis. **De⁹** in adiu. **Dñe** ad adiu.
Gloria p̄ri. **rc. pl.** Sepe expugna.

62

In aduentu dñi. Fo. lxxviii.

De profundis. Dñe non est exalta-
tū. **Hy.** Memento salutis. **Cpm.**

Ecce virgo concipiet & pariet
filiū & vocabit̃ nomē ei⁹ em-
manuel: butyrum et mel comedet
vt sciat reprobare malum & eligere
bonum. Deo gr̃as. **V.** Angelus dñi
nunciauit marie. **Rm.** Et concepit
de spū sancto. **an.** Spirit⁹ sanctus
in te descendet. **vt supra in vespet.**
de aduentu. ps. Nunc dimittis.

Ad matutinas oīa dicunt̃ sicut
ante aduētū dñi vsq; ad lectiones:
excepta aña noni pi. Et loco etus
vbi dicitur Post partum. **dicif. an.**
Angelus. Et loco illarū lectionum
scilicet In omnib⁹ requiē quesui.
Et sic in lion. et Quasi cedrus. **di-**
cunt̃ lectiones q̃ sequunt̃. Lectō. s.

Millus est angelus gabriel
a deo in ciuitatē galilee cui
nomē nazareth ad virginē despo-
satā viro cui nomen erat ioseph de

In aduentu domini.

domo dauid: & nomē virginis maria. Et ingressus angelus ad eā dixit. Ave grā plena dñs tecum: benedicta tu in mulierib⁹. Tu autē. **R.** Missus est gabriel angelus ad mariā virginē despōsatā ioseph: nunciāns ei verbū, & expauescit vgo de lumine: ne timeas maria, inuentisti eī grām apud dñm. Ecce concipies & paries & vocabitur altissimi filius. **V.** Dabit ei dñs sedem dauid patris eius, & regnabit in domo iacob in eternum. Ecce. **Lectio. ij.**

Que cū audisset turbata est in sermone ei⁹, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria, inuentisti enim grām apud deū. Ecce cōcipies in vtero & paries filiū: & vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabit. Et dabit illi dñs deus sedem dauid patris ei⁹, & regnabit i domo iacob in

68.
In aduentu dñi. Fo. lxxix.

eternum: & regni eius nõ erit finis.

Tu autē. **R.** Ave maria gratia plena dñs tecū. Spūs sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obūbrabit tibi: qđ em̄ ex te nascet̄ sanctum, vocabitur filius dei. **V.** Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco: et respondens angelus, dixit ei. Spiritus sanctus. **Lect. iij.**

Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco: Et respondēs angelus dixit ei. Spiritus sanct⁹ superueniet in te: et virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoq; et quod nascetur ex te sanctū, vocabitur filius dei. Et ecce elisabeth cognata tua: & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deū omne verbū. Dixit autē maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundū

In aduentu domini.

verbū tuum. Tu autē. **R.** Suscipe
verbum virgo maria qđ tibi a dño
per angelū transmissum est: concipi-
pies deum pariter & hominem. Ut
benedicta dicaris inter oēs mulie-
res. **V.** Paries quidē filium, et vir-
ginitatis nō patieris detrimētum,
efficiēris grauida , et eris mater
semper intacta. Ut benedicta dica-
ris. Glōria patri. Ut benedicta di-
caris. **In laudibus. Añā.**

Missus est gabriel angel⁹ ad
mariam virginem despon-
satam ioseph. **ps.** Dñs regnavit.

Añā. Ave maria gratia plena do-
minus tecū: benedicta tu in mulie-
ribus, et benedictus fructus ven-
tris tui alleluia. **ps.** Jubilate. **Añā.**

Ne timeas maria, inuenisti gra-
tiam apud dñm: ecce cōcipies & pa-
ries filium alleluia. **ps.** Deus deus
meus. **añā.** Dabit ei dñs sedem da-
uid patris eius, et regnabit in do-

In aduentu dñi. Fo. lxx.

mo iacob in eternum. **ps.** Benedi-
cite. **an.** Ecce ancilla dñi: fiat mihi
secūduin verbum tuum. **ps.** Lau-
date dñm de celis. **Caplm.** Egredietur virga. **quere in primis vespis.** **hymn.** O gloriofa. **v.** Be-
nedicta tu in mulieribus. **R.** Et be-
nedictus fructus ventris tui. **Ad**
benedictus. **an.** Spiritus sanctus.
et. Kyrie eleison. **Chyriste** eleison.
Kyrie eleison. **Oratio.** De^s qui de
beate. **an.** Ecce dñs veniet. **v.** Ecce
apparebit. **R.** Et cum eo. **Oro.** Cō-
sciētias n̄as. **vt supra.** **quere totū**
in primis vespis. **ā.** Ave stella ma.
vt supra post laudes horarū cōmu-
nium. **Ad primā.** **an.** Missus est. **v.**
Dignare me laudare te vgo sacra-
ta. **R.** Da mihi vtutē cōtra hostes
tuos. **Oro.** Deus q̄ de btē. **an.** Ecce
dñs veniet. **v.** Ecce appēbit. **R.** Et
cum eo. **Oratio.** Consciētias no-
stras. **Et dicitur ad omnes horas.**



In aduentu domini.

Ad terciã añ. Aue maria. Caplin.
Egredietur virga. *Ps.* Diffusa est
gratia. *Pro sanctis. vts.* Ad sextã.
an. Ne timeas. Capitulum.

Dabit ei dñs sedem dauid pa-
tris ei⁹, & regnabit in domo
iacob in eternũ: & regni ei⁹ non erit
finis. Deo gr̃as. *v.* Bñdicta tu in
mulieribus. *R.* Et benedictus fru-
ctus ventris tui. *Pro sanctis vts.*

Ad. ix. añ. Acce ācilla. *cp.* Ecce ṽgo.
v. Angelus dñi nunciauit marie.
Rm. Et concepit de spiritu sancto.
Oñones et v. de sanctis. vt supra.
Ad vesp̃e. et cõpletorium. vt supra.

Notandum est q̃ aduentus dñi
semper incipit in dñica proximiori
festo sancti andree, siue sit ante siue
post. Verũtũ si accidat q̃ festũ sc̃ti
andree cadat in dñica, etiã ibi in ea-
dem dñica debem⁹ incipere aduen-
tum dñi. Et qñ festũ beati andree
est in die iouis, vener̃; vel sabbati,

aduentus dñi erit in dñica sequēti.
Quando vero est in die lune, mar-
tis, vel mercurij: aduēt⁹ dñi erit in
dñica precedenti. Et hec sufficiant.

Ulterius notādum est q̄ a vigi-
lia natiuitatis dñi vsq; ad purifica-
tionem beate marie fit officium si-
cut ante aduentum, excepto q̄ per
omnes horas dicit̄ hec oratio. **De⁹**

qui salutis. Additis orationib⁹ de
apostolis cum alijs & cum suis ver-
sibus & añis sicut notatum est an-
te aduentū in officio. Et nota q̄ ni-
hil mutatur in matutinis, sed dicit̄
tur ad lōgum sicut notatū est. Itē
ad laudes et p̄ omnes horas diei, et
ad vesp̄as, et ad cōpletorium dñe
añe que sequuntur: quia loco illius
añe **Assumpta est.** dicitur hec añe:

O admirabile cōmercium creator
generis humani animatū corpus
sumens de virgine nasci dignatus
est: & p̄cedēs homo sine semine lar-

In aduentu domini.

gitus est nobis suam deitatem. **ps.**
Dñs regnavit. **an.** Quādo natus
es ineffabiliter ex virgine, tunc im-
plete sunt scripture, sicut pluuia in
bellus descēdisti vt saluum faceres
genus humanū: te laudamus de⁹
nr. **ps.** Jubilate. **an.** Rubum quem
viderat moyses incombustum cō-
seruatā agnouimus tuam lauda-
bilem virginitatē, dei genitrix in-
tercede pro nobis. **ps.** Deus deus
meus. **an.** Germinauit radix iesse,
orta est stella ex iacob, virgo pepe-
rit saluatorem, te laudamus deus
noster. **ps.** Benedicite omnia. **añā.**
Ecce maria genuit nobis saluato-
rem quē ioannes videns exclama-
uit dicēs, ecce agn⁹ dei, ecce qui tol-
lit pctā mūdi alleluia. **ps.** Lauda-
te dñm de celis. **Ad benedictus. añ.**
Mirabile mysteriū declaratur ho-
die, innouantur nature: deus ho-
mo factus est, id quod fuit perinā-

In aduentu dñi. Fo. lxxij.

lit, et quod non erat assumpsit, non
cōmixtionē passus neq; diuisionē.

Ad magnificat, & Nūc dimittī. añ.

Magnum hereditatis mysterium
templum dei factus est vterus ne-
sciens vicum: nō est pollutus ex ea
carnem assumens. omnes gentes
venient dicentes, gloria tibi dñe.

**Sciendū q; a vigilia pasche vsq;
ad ascensionē dñi fit officiū vtē mā-
rie sicut ante aduētū: excepto q; ad
Bñdict⁹, et ad Magnificat d; hec
Añā. Regina celi letare alleluia.
Quia quem meruisti portare alle-
luia. Resurrexit, sicut dixit alleluia.
Ora pro nobis deum alleluia.**

**Quarta feria cinerum vsq; ad
cenam dñi ante inchoationem ma-
tutinārum absolute incipitur cāti-
cum graduum in feriali officio tā-
tum. Psalmi dicunt sedendo: ora-
tiones vero & versi. flexis genibus.
p̄i. Ad dominum cum tribularer.**

In aduentu domini:

Leuavi oculos meos. Letat⁹ sum.
Ad te leuavi oculos. Nisi quia dñs.
vt̄s. sine Glor̄ia patri. ⁊ Requiem.
sed in fine vltimi tantum d̄r̄ vsus.
Requiem eternā dona eis dñe. Et
lux p̄petua. **Deinde.** Pater noster.
Secreto. Et ne nos. Sed libera. A
porta inferi. Erue dñe animas eoz.
Requiescāt in pace. Amen. Dñe ex-
audi orationem meam. Et clamoz
meus ad te veniat. Dominus vo-
biscū. Et cum spiritu tuo. **Oratio.**

Absolue q̄s dñe aīas famu-
lozū famularūq; tuarū: et
oīm fidelīū defunctorū ab oīm vin-
culo delictozū: vt in resurrectionis
glor̄ia inter sanctos et electos tuos
resuscitati respirent. Per christū d.
Postea psalmi. Qui cōfidunt. In
cōuertendo. Nisi dñs edificauerit.
Vt̄i oēs. Sepe expugnauerūt me.
vt̄ supra. In fine cuiuslibet p̄i dic̄t̄
Glor̄ia patri. ⁊ Sicut erat. **Deinde**

Canticū graduū. Fo. lxxiij.

Kyrie eleison. Chyriste eleison. Kyrie eleison. Pater noster. **Secreto.** Et ne nos. Sed libera. **Ps.** Memor esto cōgregationis tue. **R.** Quam possedisti ab initio. Domine exaudi orationē meā. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. **Oratio.**

Deus cui proprium est miseri
reci semper et parcere, susci-
pe deprecationem nostram: vt nos
& omnes famulos tuos, quos deli-
ctorum catena constringit: misera-
tio tue pietatis absoluat. Per chri-
stum dñm nostrū. **Deinde.** De pro-
fundis clamaui. Domine non est
exaltatum. **vt supra.** **Psalmus.**

Memēto domine dauid: & om-
nis mansuetudinis eius.
Sicut iurauit domino: votum vo-
uit deo iacob.

Si introiero ī tabernaculū dom-
mee: si ascēdero in lectū strati me.

Roñ.

k

Canticum

Si dederō somnum oculis meis: &
palpebris meis doximationem.

Et requiem temporibus meis do-
nec inueniam locum domino: ta-
bernaculum deo iacob.

Ecce audiui⁹ eam in ephrata:
inuenimus eam in campis sylue.

Introibimus in tabernaculum
eius: adorabimus in loco vbi stete-
runt pedes eius.

Surge domine in requiē tuam: tu
& arca sanctificationis tue.

Sacerdotes tui induantur iusti-
tiam: & sancti tui exultent.

Propter dauid seruum tuum: nō
auertas faciem christi tui.

Iurauit dñs dauid veritatem et
nō frustrabitur eum: de fructu ven-
tris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filij tui testamen-
tum meum: et testimonia mea hec
que docebo eos.

Et filij eorum vsq; in seculum: se-

debunt super sedem tuam.

Quoniam elegit dñs sion: elegit eam in habitationem sibi.

Hec requies mea in seculū seculi: hic habitabo quoniam elegi eam.

Viduā eius benedicēs benedicā: pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induā salutarī: & sancti eius exultatione exultabūt.

Illuc producam cornu dauid: paravi lucernam christo meo.

Inimicos eius induam confusione: super ipsum autē efflorescit sanctificatio mea.

Psalmus.

Ecce q̄ bonū et q̄ iocundum: habitare fratres in vnum.

Sicut vnguentū in capite, qd̄ descendit in barbam: barbam aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros hermon qui descendit in montem sion.

Qm̄ illic mandauit dñs bñdictionem: & vitam vsq; in seculum.

ps.

Canticum graduum.

Ecce nūc benedicite dominū:
omnes serui domini.

Qui statis in domo dñi: in atrijs
domus dei nostri.

In noctibus extollite manus ve-
stras in sancta: & benedicite dñm.

Benedicat tibi dominus ex sion: q̄
fecit celum et terrā. **In fine cuiusli-**

bet psalmi dicit. Glia patri. Sicut
erat. Kyrie eleison. Chryste eleison.

Kyrie eleisō. Pater noster. **Secre-**

to. Et ne nos. Sed libera. Saluos
fac seruos tuos et ancillas tuas.

Deus meus sperātes in te. Dñe ex-
audi orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Dñs vobiscum.

Et cum spiritu tuo. **Oratio.**

Retende domine famulis et
famulabus tuis dexteram

celestis auxiliij: vt te toto corde per-
quirant: et que digne postulant cō-

sequi mereantur. Per christum do-
minum nostrum. Amen.

Preparationes misse. Fo. lxxv.

Incipiunt preparationes misse.
an. Ne reminiscaris. Psalmus.

Quam dilecta tabernacula
tua domine virtutū: concu-
piscit & deficit aīa mea in atria dñi.

Cor meum et caro mea: exultaue-
runt in deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi domū:
et turtur nidum vbi reponat pul-
los suos.

Altaria tua domine virtutū: rex
meus & deus meus.

Beati q̄ habitāt in domo tua dñe:
in secula seculorum laudabunt te.

Beatus vir cuius est auxiliū abs-
te: ascensiones in corde suo dispo-
suit in valle lachrymarum in loco
quem posuit.

Etenim benedictionē dabit legis-
latoꝝ, ibunt de virtute in virtutem:
videbitur deus deoꝝ in sion.

Dñe de⁹ virtutū exaudi orationē
meā: auribus percipe deus iacob.

Preparationes

Protector noster aspice deus: & respice in faciem christi tui.

Quia melior est dies bona in atrijs tuis: super milia.

Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam & veritatem diligit deus: gratiam et gloriam dabit dominus.

Non priuabis bonis eos qui ambulat in innocentia: domine virtutum, beatus homo qui sperat in te. **ps. Benedixisti domine. Require in prima. Psalmus.**

Incлина domine aurem tuam et exaudi me: quonia inops et pauper sum ego.

Custodi animam meam quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te.

Miserere mei domine quonia ad te clamaui tota die: letifica animam serui tui quonia ad te domine animam meam leuaui.

Quonia tu domine suavis et mitis: & multe misericordie omnibus innocantibus te.

Auribus pcipe dñe orationē meā: intende voci deprecationis mee.

In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me.

Nō est similis tui in dijs domine: & non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascunq; fecisti venient & adorabunt coram te dñe: & glorificabunt nomen tuum.

Quonia magnus es tu et faciens mirabilia: tu es deus solus.

Deduc me dñe in via tua et ingrediar in veritate tua: letet cor meū vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in eternum.

Quia misericordia tua magna est super me: et eruisti animā meā ex inferno inferiori.

Preparationes

Deus iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quiesierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu dñe de⁹ miserator et misericors: patiens & multe mie & verax.

Respice in me et miserere mei, da imperium tuum puero tuo: et saluum fac filium ancille tue.

Hac mecum signum in bonum ut videant qui oderunt me et confundantur: quoniam tu dñe adiuuisti me, & consolatus es me. **Psalmus.**

Quod redidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam domino: pro omnibus que retribuit mihi:

Quod alicem salutaris accipiam: & nomen domini inuocabo.

Vota mea dño reddā corā omni

populo eius: preciosa in conspectu
domini mors sanctorum eius.

O domine qz ego seruus tuus: ego
seruus tuus & filius ancille tue.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrifi-
cabo hostiã laudis: et nomen do-
mini inuocabo.

Vota mea dño reddam in conspe-
ctu ois populi eius: in atrijs dom⁹
domini, in medio tui hierusalē. **ps.**

De profundis. **Require in septem
psalmis. añã.** Ne reminiscaris dñe

delicta nostra vel parentũ nostror⁹
neq; vindictã sumas de peccat⁹ no-
stris: parce dñe, parce populo tuo:
quem redemisti precioso sanguine
tuo: ne in eternum irascaris nobis.

**Kyrie eleison. Chyriste eleison. Ky-
rie eleison. Pater noster. Et ue nos.**

**Sed libera. vs⁹. Ego dixi dñe mise-
rere mei. R. Sana animã meã qz**

**peccaui tibi. V. Cõuertere dñe vsq;
quo. R. Et deprecabilis esto super**

Preparationes

seruos tuos. **V.** Fiat misericordia
tua dñe sup nos. **R.** Quēadmodū
sperauim⁹ in te. **V.** Sacerdotes tui
induātur iustitiā. **R.** Et sc̄i tui ex-
ultent. **Ps.** Ab occultis meis mun-
da me domine. **Rm.** Et ab alienis
parce seruo tuo. Domine exaudi
orationem meam. Et clamor me⁹
ad te veniat. Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo. **Oratio.**

Aures tue pietatis mitissi-
me de⁹ inclina p̄cib⁹ meis: &
gratia spiritus sancti illumina cor
meum: vt tuis mysterijs digne mi-
nistrare: teq; eterna charitate dili-
gere merear. **Oratio.**

Deus cui omne cor patet & o-
mnis voluntas loquitur et
quem nullum latet secretum, puri-
fica per infusionem sancti spiritus
cogitationes cordis nostri: vt te per-
fecte diligere et digne laudare me-
reamur. **Oratio.**

Que regne sc̄ti sp̄s renes no-
stros & cor nostrū dñe: vt ti-
bi casto corpore seruiamus: & mun-
do corde placeamus. *Oratio.*

Mentes nostras q̄s dñe para-
cletus qui a te p̄cedit illumi-
net et inducat in omnē: sicut tuus
promisit filius, veritatem. *Oratio.*

Adsit nobis quesumus do-
mine virtus spiritus san-
cti, que & corda nostra clementer ex-
purget: et ab omnib⁹ semper tuea-
tur aduersis. *Oratio.*

Deus qui corda fidelium san-
cti spiritus illustratione do-
cuisti: da nobis in eodem spiritu re-
cta sapere, et de eius semper conso-
latione gaudere. *Oratio.*

Conscientias nostras q̄s dñe
visitādo purifica: vt veniēs
dñs noster iesus christus cū oībus
sc̄tis: paratā sibi in nobis inueniat
ināsiōnē. Qui tecū viuūt & reg. ꝛc.

Preparationes

C Post missam sacerdos genibus flexis ante altare reddēdo gratias deo: dicat hāc Antiphonā. Trium puerorū cantemus hymnū, quem cantabant in camino ignis ardentis laudantes et benedicientes dominum. **Psalmus.**

Benedicite sacerdotes domini domino: benedicite serui domini domino.

Benedicite spūs & aīe iustorum dño: benedicite sc̄ti & humiles corde dño.

Benedicite anania, azaria, mi-
sael domino: laudate et superexal-
tate eum in secula.

Benedicam⁹ patrē et filium cum
sancto spiritu: laudemus et super-
exaltemus eum in secula.

Benedictus es dñe in firmamen-
to celi: et laudabilis et gloriofus et
superexaltatus in secula.

Laudate dominū in sanctis
eius: laudate eum in firma-

mento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum. **In fine** Gloria patri.

Deinde repetat an. Trium puerorum. **Et.** Deinde sequitur. Kyrie eleison.

Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. **V.**

Confiteantur tibi domine omnia opera tua.

R. Et sancti tui benedicant tibi. **V.**

Exultabunt sancti in gloria. **R.** Et letabuntur in cubilibus suis. **V.** Non

nobis domine non nobis. **R.** Sed nomini tuo da gloriam. **V.** Domine

exaudi orationem meam. **R.** Et cla-

Preparationes misse.

mor meus ad te veniat. **Oratio.**

Deus qui tribus pueris intigasti flamas ignium: concede propitius: ut nos famulos tuos non exurat flama vitiorum. **Oratio.**

ARe igne sancti spiritus renes nostros et cor nostrum domine: ut tibi casto corpore seruiamus: et in mundo corde placeamus. **Oratio.**

Sumpta sacramenta quesumus domine omnia crimina nostra detergant: omnemque prauitatem et hostilem impugnationem visibilem et invisibilem meritis sancte dei genitricis semper virginis marie: et omnium sanctorum tuorum a nobis procul repellat: et omnibus fidelibus viuis et defunctis prosint ad veniam: per quorum quarumque tibi sunt oblata salute. Per dominum nostrum iesum christum.

Sequuntur hore sancte crucis.

74



CEnviron l'heure de minuyt
Judas avec la compaignie
Vint trahir son maistre de nuyt
Luy faisant honte et vilennie.

Ad matutinas

Domine labia mea aperies.
Et os meum annuntiabit
laudem tuam.

Deus in adiutorium meum intende.

Dne ad adiuuandum me festina.

Gloria patri & filio: & spui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et
semp: & in secula seculorum. Amen.

Añã. Salue crux preciosa que in
sanguine christi dedicata es, et ex
membris eius tanq̃ margarit' or-
nata.

Hymnus.

Patris sapientia veritas di-
uina. De⁹ homo captus est
hora matutina. A suis discipulis
cito derelictus. Ac iudeis traditus,
bēditus, afflictus. **ññ.** Adoramus
te christe et benedicimus tibi: quia
per sanctam crucem tuam redemi-
sti mundum. **Uersus.** Per signum
sancte crucis. **Rm.** Libera nos de
inimicis nostris, domine deus no-
ster. Domine exaudi orationē meā

Qonuerte nos deus salutaris
noster.

Et auerte iram tuam a nobis.

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et
semper: & in secula seculorum amen.

Añã. Salue crux preciosa que in
sanguine christi dedicata es, et ex
membris eius tanquam margaritæ or-
nata.

Hymnus.

Hora cõpletoris datur sepul-
ture. Corpus christi nobile
spes vite future. Conditur aroma-
te complentur scripture. Fugit sit
memoria mors hec mihi cure. **ññ.**

Adoramus te christe & benedicim⁹
tibi: quia per sanctam crucem tuam
redemisti mundum. **ññ.** Per signum

sancte crucis. **ññ.** Libera nos de ini-
micis nostris, domine deus noster.

Domine exaudi. Et clamor. **Oratio.**

Ad completorium de cruce.

Domine Jesu chrisste fili dei
vivi pone passionē, crucem
et mortē tuam inter iudiciū tuum,
et animam meam, nunc et in hora
mortis mee: et semper largiri digne-
ris vivis misericordiam et gratiā,
defunctis requiem & veniam, eccle-
sie tue pacem et veram cōcordiam,
et nobis peccatoribus vitam & glo-
riam sempiternā. Qui vivis et re-
gnas deus. Per omnia secula secu-
lorum. Amen.

¶ Recommendatio.

Has horas canonicas cū de-
votione. Tibi chrisste recolo-
pia ratione. Ut qui pro me passus
es amoris ardore. Sis mihi sola-
tium in mortis agone.

¶ Sequuntur hore de sancto spū.

¶ Ad matutinas.



Comment iesus fut aux enfers
Desquelz il tyra les bons peres
Tenuz en chaines & en fers,
Qui enduroiēt maïtz i'properes.

Ad matutinas de sancto spū.

Domine labia mea aperies.
Et os meum annuntiabit
laudem tuam.

Deus in adiutorium meum intende.

Dñe ad adiuvandum me festina.

Gloria patri & filio: & spūi sancto:

Sicut erat. **an.** Veni sancte spūi-
tus reple tuorum corda fidelium: et tui
amoris in eis ignem accende. **Hy⁹.**

Nobis sancti spiritus gratia
sit data. De qua virgo virgi-
num fuit obubrata. Cum per san-
ctum angelum fuit salutata. Verbum
caro factum est, virgo fecundata.

V⁹. Emitte spiritum tuum & creabuntur.

R. Et renouabis faciem terre. **Dñe**
exaudi. Et clamor meus. **Oratio.**

Omnipotens sempiternus deus
da nobis illam sancti spiritus
gratiam, quam discipulis tuis in die
sancto pentecostes transmisisti. Qui
vivis & regnas deus. Per omnia.

Ad primam de sancto spiritu.

77



Côment iesus par sa puissance.
 Apres quil eut endure mort
 Reprint chair en diuine essence,
 Dont les iuifz sebahirent fort.
 Roñ. m

Ad primam de sancto spū.

Deus i adiutoriu meū itēde.
Dñe ad adiuuandū me fe-
stina. **G**loria p̄ci & filio: & spūi sc̄to.
Sicut erat in principio et nunc et
semper: & in secula seculorū. Amen.
ān. Veni sancte spiritus, reple tuo-
rum corda fidelium: et tui amoris
in eis ignem accende. **Hymnus.**

De virgine maria christus
fuit natus. Crucifixus, mor-
tuus, atq; tumulatus. Resurgens
discipulis fuit demonstratus. Et
ipsis cernentibus celis eleuatus. **V.**
Emitte spiritū tuum & creabūtur.
R. Et renouabis faciē terre. **Dñe**
exaudi. Et clamor. **Oratio.**

Omnipotēs sempiternē deus
da nobis illā sancti spiritus
gratiā, quam discipulis tuis in die
sancto p̄tecostes trāsmisisti. Qui
vuis & regnas de⁹. Per omnia se-
cula seculorum. Amen.

Ad tertiam de sancto spū.

78



Comment Jesus vint a marie
 Dire, ie suis resuscite:
 Mere, ne soyez plus marrie
 Car iay repris humanite.

in ij

Ad tertiã de sancto spũ.

Deus i adiutoriu meũ itẽde.
Dñe ad adiuuandũ me fe-
stina. **O**ra p̃ri et filio: & spũi sc̃to.

Sicut erat in principio et nunc et
semper: & in secula seculorũ. Amen.

An. Veni sancte spiritus, reple tuo-
rum corda fidelium: et tui amoris
in eis ignem accende. **Hymnus.**

Suum sanctũ spiritum deus
delegauit. In die p̃tecostes
tuos confortauit. Et de linguis
igneis ipsos inflammauit. Relin-
quere orphanos eos denegauit. **V.**

Emitte spiritũ tuum & creabũtur.

R. Et renouabis faciẽ terre. **D**ñe
exaudi orationẽ. Et clamor. **Oro.**

Omnipotẽs sempiternus deus
da nobis illã sancti spiritus
gratiã, quam discipulis tuis in die
sc̃to pentecostes transmisisti. Qui
viuis & regnas de⁹. Per omnia se-
cula seculorum. Amen.

Ad sextam de sancto spiritu.



Comment Jesus aux pelerins
De emault, s'apparut sauuez sain:
Qui cōgneurēt les faictz diuins
A veoir la fraction du pain.

Ad nonam de sancto spū.

Deus i adiutoriuū meū itēde.
Dñe ad adiuuandū me fe-
stina. *G*loria p̄ri & filio: & spūi sctō.

Sicut erat in principio et nunc et
semper: & in secula seculorū. Amē.

An. Veni sancte spiritus, reple tuo-
rum corda fidelium: et tui amoris
in eis ignem accende. *Hymnus.*

Spiritus paracletus fuit ap-
pellatus. Donum dei, chari-
tas, fons viuificatus. Spiritalis
vinctio ignis inflāmatus. Septi-
formis gratia charisma vocatus.

A. Emitte spiritū tuū & creabunt.

R. Et renouabis faciē terre. Dñe
exaudi. Et clamor meus. *Oratio.*

Omnipotēs sempiternē deus
da nobis illā sancti spiritus
gratiā, quam discipulis tuis in die
sancto p̄tecostes trāsmisisti. Qui
viuis et regnas deus. Per omnia
secula seculorum. Amen.

Ad vesp̄as de sancto sp̄itu.



Cœ saict thomas ne creust pas
Que Jesus fust resuscite:
Il vint & lapella, thomas
Metz tes deux doitz en mon coste.

Ad vesperas de sancto spū.

Deus adiutorium meum intende.
Dñe ad adiuuandum me festina. **G**loria patri & filio: & spūi sc̄to.

Sicut erat in principio et nunc et
semp: & in secula seculorum. Amen.

an. Veni sancte spiritus, reple tuo-
rum corda fidelium: et tui amoris
in eis ignem accende. **Hymnus.**


Dextere dei digitus virtus spi-
ritalis. Nos defendat, eruat
ab omnibus malis. Ut nobis non
noceat demō infernalis. Sed pro-
tegat, foueat, nutriat sub alis. **Ps̄.**

Emitte spiritū tuum & creabūtur.

R. Et renouabis faciē terre. Dñe
exaudi orationem meā. Et clamor
meus ad te veniat. **Oratio.**

Omnipotēs sempiternae deus
da nobis illam sc̄ti spūs gra-
tiam, quā discipulis tuis in die san-
cto p̄tēcostes transmisisti. Qui vi-
uis & regnas deus. Per omnia.

Ad completorium de sancto spū.



Commēt David fut adultere.
 Ung iour vit Bersabee au bain:
 Qui māda q̄rir pour luy cōplaire
 Et en fist son plaisir mondain.

Septem psalmi

Sequuntur septem psalmi penitentialiales. an. Ne reminiscaris. ps.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me.

Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu domine usquequo:

Conuertere domine et eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi:

Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: inueteravi inter omnes inimicos meos.

Penitentiales. Fo. xcvi.

Discedite a me oēs qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.

Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter.

Gloria p̄ri et filio: et spiritui sc̄tō. Sicut erat in principio et nunc et semper: & in secula seculorū. Amen.

Psalmus.



C Pour mieulx faire son entreprise
 Urie enuoya a Joab:
 Dôt les filz Amô sans faintise
 Le mirèt a mort pres rabbath.

Penitentiales. Fo. xcviij.

Beati quozū remisse sunt ini-
quitates: et quozū tecta sunt
peccata.

Beatus vir cui nō imputauit do-
minus peccatum: nec est in spiritu
eius dolus.

Quoniam tacui inueterauerunt
ossa mea: dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata
est super me manus tua: conuer-
sus sum in erumna mea dum con-
figitur spina.

Delictum meum cognitum tibi
feci: et iniustitiam meam non ab-
scondi.

Dixi, confitebor aduersum me in-
iustitiam meam domino: et tu re-
misisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis san-
ctus: in tempore opportuno.

Teruntamen in diluuiō aquarū
multarum: ad eum non appropi-
mabunt.

Rom.

n

Septem psalmi

Tu es refugium meum a tribulatione que circumdedit me: exultatio mea erue me a circumstantibus me.

In intellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus non est intellectus.

In chamo et freno maxillas eorum constringe: qui non appropinquant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in domino misericordia circumdabit.

Retamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper: & in secula seculorum. Amen.

Psalmus.



C Pour ce peche le pphete nathã
David reprit & blasma grãdemēt
Dōt iceluy, auāt quil fust vng an
Dist peccavi, plourāt amerement.

Septem psalmi

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me.

Quoniam sagitte tue infixae sunt mihi: et confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea, a facie ire tue non est pax ossibus meis: a facie peccatorum meorum.

Quia iniquitates mee supergressae sunt caput meum: et sicut onus graue grauatae sunt super me.

Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee.

Miser factus sum et curuatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar.

Quonia lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus.

Os meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum.

Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerunt & steterunt.

Et qui iuxta me erant delonge steterunt: et vim faciebant qui querebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo reargutiones.

Quoniam in te Domine speravi:

Septem psalmi

tu exaudies me domine deus meus.

Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei: et dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quonia ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei viuunt et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me.

Intende in adiutorium meum: domine deus salutis mee.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto. **S**icut erat in principio. **Psalmus.**

88



David p Gad si fut admōneſte,
 Eſlire guerre, famine, ou peſtilēce:
 Veſte il eſleut, dont pour la verite
 Lxx. mille moururēt pour loſſe.

Septem psalmi.

Miserere mei deus: scdm magnam misericordiã tuam.

Et scdm multitudinẽ miseratio-
num tuarũ: dele iniquitatẽ meam.

Amplius laua me ab iniquitate
mea: & a peccato meo munda me.

Qm̃ iniquitatẽ meã ego cognosco: &
peccatũ meũ contra me est semper.

Tibi soli peccaui & malum corã te
feci: vt iustificeris in sermonibus
tuis & vincas cum iudicaris.

Ecce em̃ in iniquitatib⁹ concept⁹ sum:
& in pctis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: in-
certa & occulta sapientie tue mani-
festasti mihi.

Asperges me domine hyssopo et
mundabor: lauabis me, & super ni-
uem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & le-
titiã: & exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuã a pctis meis: &
omnes iniquitates meas dele.

Cor mundū crea in me de⁹: & spm̄
rectum innoua in visceribus meis.

Ne proicias me a facie tua: & spm̄
sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi letitiā salutaris tuī:
et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: et im-
pij ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus deus
deus salutis mee: et exultabit lin-
gua mea iustitiam tuam.

Domine labia mea aperies: et os
meum annūtiabit laudem tuam.

Qm̄ si voluisses sacrificiū dedisse:
vtiq; holocaustis nō delectaberis.

Sacrificium deo spiritus contri-
bulatus: cor contritum & humili-
tum deus non despicias.

Benigne fac dñe in bona volūate
tua sion: vt edificent̄ muri hierl̄m.

Tunc acceptabis sacrificiū iusti-
tie oblationes et holocausta: tunc
imponēt sup altare tuum vitulos.

Septem psalmi



A la montaigne darena.
David gnoissant son messaiet
Incontinent sacrificia
Par le conseil de Gad fut faict.

Penitentiales. Fo. cii.

Domine exaudi orōnē meā:
et clamor me⁹ ad te veniat.

Non auertas faciem tuam a me:
in quacunq; die tribuloꝝ inclina ad
me aurem tuam.

In quacūq; die inuocauero te: ve-
lociter exaudi me.

Qz defecerūt sicut fum⁹ dies mei:
& ossa mea sicut cremiū aruerunt.

Percussus sum vt fenum et aruit
tor meum: quia oblitus sum come-
dere panem meum.

Aboce gemitus mei: adhesit os
meum carni mee.

Similis factus sum pellicano so-
litudinis: & factus sum sicut nycti-
coꝝax in domicilio.

Vigilauī et factus sum sicut pas-
ser: solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi ini-
mici mei: et qui laudabant me ad-
uersum me iurabant.

Qz cinerē tanq̄ panē māducabā:

Septem psalmi

et potū meum cum fletu miscebā.

A facie ire indignationis tue: qz
elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaue-
runt: & ego sicut fenum arui.

Tu autem domine in eternū per-
manes: et memoriale tuum in ge-
neratione & generationem.

Tu exurgens domine miserebe-
ris sion: quia tēpus miserendi eius
quia venit tempus.

Qū placuerunt servis tuis lapi-
des eius: & terre eius miserebūtur.

Et timebūt gētes nomē tuū dñe:
& omnes reges terre gloriā tuam.

Quia edificavit dominus sion: et
videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humiliū: &
non spreuit precem eorum.

Scribant̄ hec in gnatione altera:
& populus q̄ creabit̄ laudabit dñm.

Qz prosperit de excelso sancto suo:
dominus de celo in terram asperit.

Penitentiales.

Fo. ciiij.

Ut audiret gemitus cōpeditozū:
vt solueret filios interemptozum.

Ut annuntient in sion nomē dñi:
et laudem eius in hierusalem.

In conueniēdo populos in vnū:
et reges vt seruiant domino.

Respondit ei in via virtutis sue:
paucitatem dierum meozum nuntiā
mihī.

De reuoces me in dimidio dierū
meozum: in generatione & genera-
tionem anni tui.

In initio tu dñe terram fundasti: et
opera manuum tuarum sunt celi.

Ipsi peribunt tu autem perma-
nes: & omnes sicut vestimētum ve-
terascunt.

Et sicut opertozium mutabis eos
& mutabūtur: tu autē idem ipse es
et anni tui non deficient.

Filij seruoꝝū tuozum habitabūt:
& semen eozū in seculum dirigetur.

Gloria patri & filio. **Psalmus.**

Septem psalmi



Que par le bon conseil de Nathan
David promist a Bersabee
Que apres son regne & dernier an
Son filz seroit roy de Judée.

Penitentiales. Fo. ciii.

De profundis clamaui ad te
dñe: dñe exaudi vocē meam.

Aiant aures tue intendentes: in
vocem deprecationis mee.

Si iniquitates obseruaueris do-
mine: domine quis sustinebit?

Quia apud te ppitiatio est: & pro-
pter legem tuā sustinui te domine.

Sustinuit aīa mea in verbo eius:
sperauit anima mea in domino.

A custodia matutina vsq; ad no-
ctem: speret israel in domino.

Quia apud dñm misericordia: et
copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet israel: ex omnib;
iniquitatibus eius.

Gloria patri & filio: & spūi sancto.

Sicut erat in principio et nunc et
semper: et in secula seculorū. Amē.

Psalmus.



David voyât son dernier iour
Son filz Salomon laissa roy
Au quel commāda sans seiour
Qu'il feist le temple de la loy.

Domine exaudi orationem
meam, auribus percipe ob-
secrationem meam: in veritate tua
exaudi me in tua iustitia.

Et nō intres in iudicium cum ser-
uo tuo dñe: quia non iustificabitur
in conspectu tuo omnis viuens.

Quod persecutus est inimicus aīam
meā: humiliavit in terrabitā meā.

Collocavit me in obscuris sicut
mortuos seculi: et anxius est su-
per me spiritus meus, in me turba-
tum est cor meum.

Memor fui dierū antiquorū, medi-
tatus sum in oīb⁹ operib⁹ tuis: & in
fact⁹ manuum tuarū meditabar.

Expandi manus meas ad te: ani-
ma mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine: de-
fecit spiritus meus.

Non auertas faciē tuā a me: et si-
milis ero descendētibus in lacum.

Auditam fac mihi mane miseri-

Psalmi penitentiales.

cordiam tuam: quia in te speraui.

Notā fac mihi viā in qua ambulem: quia ad te leuaui animā meā.

Eripe me de inimicis meis dñe, ad te cōfugi: doce me facere voluntatem tuā, quia deus meus es tu.

Spūs tuus bonus deducet me in terrā rectā: ppter nomē tuum dñe viuificabis me in equitate tua.

Educes de tribulatione animam meā: et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes oēs qui tribulāt aīam meā: quoniā ego seruus tuus sum.

Gloria patri & filio: & spūi sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper. **añā.** Ne reminiscaris dñe delicta nostra vel parētū nostroz:

neq; vindictam sumas de pctis nostris. Parce dñe, parce populo tuo quem redemisti precioso sanguine tuo: ne in eternū irascaris nobis.

Letania.

Byr̄ie eleison. **C**hr̄iste eleison.
Byr̄ie eleison. **C**hr̄iste au-
 di nos. **C**hr̄iste exaudi nos.

Pat̄ de celis de⁹. **M**iserere nobis.

Fili redemptor mundi deus.

Miserere nobis.

Spūs sc̄tē deus. **M**iserere nobis.

Sancta trinitas vnus deus.

Miserere nobis.

Sancta maria. ora pro nobis.

Sancta dei genitrix. ora.

Sancta virgo virginum. ora.

Sancte michael. ora.

Sancte gabriel. ora.

Sancte raphael. ora pro nobis.

Omnes sancti angeli et archan-
 geli dei. **O**rate pro nobis.

Omnes sancti beatorū spirituum
 ordines. **O**rate pro nobis.

Sancte ioannes baptista. ora.

Omnes sancti patriarche et pro-
 phete. **O**rate pro nobis.

Sancte petre. ora pro nobis.

Letania.

S ancte paula.	ora pro nobis.
S ancte andrea.	ora pro nobis.
S ancte iacobe.	or.
S ancte ioannes.	or.
S ancte thoma.	or.
S ancte iacobe.	or.
S ancte philippe.	or.
S ancte bartholomee.	or.
S ancte mathee.	or.
S ancte simon.	or.
S ancte thadee.	or.
S ancte mathia.	Ora p nobis.
S ancte barnaba.	or.
S ancte luca.	ora pro nobis.
S ancte marce.	or.
O mnēs sancti apostoli & euange- liste.	Ora te pro nobis.
O mnēs sancti discipuli domini.	Ora te pro nobis.
O mnēs sancti innocentes.	Ora te.
S ancte stephane.	or.
S ancte laurenti.	or.
S ancte vincenti.	or.

Letania.

Fo. cxiij.

Sancte fabiane. Ora pro nobis.
Sancte sebastiane. Or.
Sancte blasi. Or.
Scti ioanes & paule. orate p no.
Scti colina & damiane. Orate.
Sancti geruasi & pthasi. Orate.
Sctē bernarde cū socijs tuis. Or.
Omnnes sancti martyres. Orf.
Sancte syluester. Or.
Sancte gregori. Or.
Sancte martine. Or.
Sancte augustine. Or.
Sancte ambrosi. ora pro nobis.
Sancte hieronyme. Or.
Sancte nicolae. Or.
Sancte ludouice. Or.
Sancte bonauentura. Or.
Omnnes sancti pontifices et con-
 fessores. Orate pro nobis.
Omnnes sancti doctores. Orate.
Sancte benedicte. Or.
Sancte amande. Or.
Sancte francisce. Or.

o iij

Letania.

Sancte antoni. ora pro nobis.

Sancte hilari. ora pro nobis.

Sancte dominice. oz.

Sancte bernardine. oz.

Sancte bernarde. oz.

Oēs sancti monachi & eremite.

Orate pro nobis.

Omnes sancti sacerdotes & leuite.

Orate pro nobis.

Sancta maria magdalena. oz.

Sancta hagues. ora pro nobis.

Sancta lucia. oz.

Sancta cecilia. ora pro nobis.

Sancta agatha. ora pro nobis.

Sancta catharina. oz.

Sancta margareta. oz.

Sancta clara. ora pro nobis.

Sancta elisabeth. ora pro nobis.

Sancta barbara. ora pro nobis.

Sancta apollonia. ora pro nobis.

Omnes sancte virgines et vidue.

Orate pro nobis.

Oēs sc̄ti & sc̄tē dei. Incedite p̄ no.

Propitius esto. Parce nobis dñe.
Propitius esto. Exaudi nos dñe.
Ab omni malo. Libera nos dñe.
Ab omni pctō. Libera nos dñe.
Ab ira tua. Libera nos domine.
A subitanea & iprouisa morte. lib.
Ab insidijs diaboli. Libe. nos do.
Ab ira et odio et omni mala vo-
luntate. Libera nos domine.
A spū fornicationis. Li. nos dñe.
A fulgure & tēpestate. Li. nos do.
A morte perpetua. Lib. nos dñe.
Per mysterium sancte incarna-
tionis tue. Libera nos domine.
Per aduentū tuū. Libe. nos dñe.
Per natiuitatē tuā. Li. nos dñe.
Per baptismum et sanctum ieiu-
nium tuum. Libera nos domine.
Per crucē & passionem tuā. Libe.
Per mortē & sepulturam tuā. Li.
Per sanctā resurrectionē tuā. Li.
Per admirabilē ascēlionē tuā. li.
Per aduētū spūs sctī paracleti. li.

Preces.

In die iudicij. Libera nos dñe.
Pctōres. Te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas. Te rog. audi.
Ut nobis indulgeas. Te ro. au.
Ut ad veram penitentiā nos per-
ducere digneris. Te roga. audi.
Ut ecclesiā tuā sanctā regere, paci-
ficare & conseruare digneris. Te.
Ut donum apostolicum & omnes
gradus ecclesiasticos in sancta re-
ligione conseruare digneris. Te.
Ut inimicos sc̄tē ecclesie humili-
re digneris. Te rogamus audi nos.
Ut regib⁹ & principib⁹ christianis
pacē et veram concordiam donare
digneris. Te rogamus audi nos.
Ut cūcto populo christiano pacē
& vnitatē largiri digneris. Te ro.
Ut nosmetipsos in tuo sancto ser-
uitio confortare et conseruare di-
gneris. Te rogamus audi nos.
Ut mētes nostras ad celestia de-
sideria erigas. Te roga. audi nos.

Ut oibus bñfactoribus nñis sempiterna bona retribuas. **T**eroga.

Ut aias nostras, fratrum, ppinquoꝝ et bñfactorũ nostrorũ ab eterna damnatione eripias. **T**eroga.

Ut fructus terre dare & cõseruare digneris. **T**erogamus audi nos.

Ut oib⁹ fidelib⁹ defunctis requiẽ eternã donare digneris. **T**eroga.

Ut nos exaudire digneris. **T**eroga.

Hili dei. **T**erogamus audi nos.

Hili dei. **T**erogamus audi nos.

Hili dei. **T**erogamus audi nos.

Agnus dei qui tollis pctã mñdi: **P**arce nobis domine.

Agnus dei qui tollis pctã mñdi: **E**xaudi nos domine.

Agnus dei qui tollis pctã mñdi: **M**iserere nobis.

Christe audi nos. **C**hriste exaudi nos.

Byzie eleison. **C**hriste eleison.

Byzie eleison. **P**ater noster.

Secreto. **¶** Et ne nos. **S**ed li. **ps.**

Preces.

Deus in adiutorium meū in-
tende: domine ad adiuuan-
dum me festina.

Confundantur et reuereantur:
qui querunt animam meam.

Auertantur retrosum et erube-
scant: qui volunt mihi mala.

Auertantur statim erubescētes:
qui dicunt mihi euge euge.

Exultent et letentur in te omnes
qui querunt te: & dicāt semper ma-
gnificetur dominus, qui diligūt sa-
lutare tuum.

Ego vero egenus et pauper sum:
deus adiuua me.

Adiutor meus et liberator meus
es tu: domine ne moreris.

Gloria patri & filio: & spūi sancto.

Sicut erat in principio et nunc et
semper: & in secula seculorū. Amen.

Ps̄. **S**aluos fac seruos tuos. **Rm.**

Deus meus sperantes in te. **Ps̄us.**

Esto nobis domine turris forti-

Preces.

Fo. ex.

tudinis. **Rm.** A facie inimici. **Plus.**

Nihil pficiat inimicus in nobis.

Rm. Et filius iniquitatis non ap-
ponat nocere nobis. **Uersus.**

Domine non secundum peccata
nostra facias nobis. **Rm.** Neq; se-
cundum iniquitates nostras retri-
buas nobis. **Uersus.**

Oremus pro pontifice nostro. **R.**
Dominus conseruet eum et viuifi-
cet eum & beatum faciat eum in ter-
ra: et non tradat eum in animam
inimicorum eius. **Uersus.**

Oremus pro benefactoribus no-
stris. **Rm.** Retribuere dignare do-
mine omnibus nobis bona facien-
tibus propter nomen sanctu tuum
vitam eternam. **Uersus.**

Oremus pro fidelibus defunctis.
R. Requiem eterna dona eis dne:
et lux perpetua luceat eis. **Uersus.**

Requiescant in pace. **R.** Amen. **v.**

Pro fratribus nostris absentib⁹.

Orationes

R. Saluos fac seruos tuos: deus meus sperantes in te. **Uersus.**

Mitte eis domine auxiliū de sancto. **Rm.** Et de sion tuere eos. **Uersus.**

Domine exaudi orationem meā. **Respōsorium.** Et clamor meus ad te veniat. **Oratio.**

Deus cui propriū est miseri-
ri semper et parcere, suscipe
deprecationem nostram: vt nos et
omnes famulos tuos quos delictorū
catena constringit, miseratio
tue pietatis absoluat. **Oratio.**

Aaudi quesum⁹ domine sup-
plicium preces, & confitentū
tibi parce peccat⁹: vt pariter nobis
indulgētiam tribuas benignus et
pacem. **Oratio.**

Inestimabile nobis domine mi-
sericordiam tuam clementer
ostende: vt simul nos et a peccatis
omnibus exuas, et a penis quas p
his meremur eripias. **Oratio.**

Deus qui culpa offenderis, pe-
nitentia placaris, preces po-
puli tui supplicantis, ppitius respi-
ce: & flagella tue iracundie que p pec-
catis nostris meremur auerte. **Oratio.**

Omnipotens sempiternus deus mise-
rere famulo tuo pontifici no-
stro: et dirige eum secundum tuam
clemenciam in viam salutis eterne:
vt te donante tibi placita cupiat, et
tota virtute perficiat. **Oratio.**

Deus a quo sancta desideria
directa consilia et iusta sunt
opera: da seruis tuis illam quam
mundus dare non potest pacem: vt
et corda nostra mandatis tuis de-
dita, et hostium sublata formidine
tempora sint tua protectione tran-
quilla. **Oratio.**

Une igne sancti spiritus renes
nostros et cor nostrum domi-
ne: vt tibi casto corpore seruiamus,
& mundo corde placeamus. **Oratio.**

Orationes.

Fidelium deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam quam semper optauerunt pijs supplicationibus consequantur. Qui uiuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. *Oratio.*

Actiones nostras quesumus domine aspirando preueni & adiuuando prosequere: ut cuncta nostra oratio et operatio, et a te semper incipiat, et per te cepta finiatur. *Oratio.*

Omnipotens sempiternus deus, qui uiuorum dominaris simul et mortuorum, eorumque miseris quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis: te suppliciter exoramus, ut pro quibus effundere precibus decreuimus, quosque uel presens seculum adhuc in carne retinet:

Orationes. Fo. cxij.

vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedētibus omnib⁹ sanctis tuis pietatis tue clementia omnium delictorum suorum veniam et gaudia consequi mereatur eterna. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. **C Benedictio.** Exaudiat nos omnipotens et misericors dominus. Amen. **¶ Fidelium anime per misericordiā dei requiescant in pace. Amen.**

C Sequitur vigilia mortuorum.
Ad vesperas. Antiphona.
Placebo domino. Psalmus.



C Nous auons bien este en chance
 Autrefois cōme estes a present
 Mais vo^s viendrez a n^{re} dance
 Cōme no^s sommes maintenāt.



L Nos lomes en gloire & honneur
 Remplis de tous biens & cheuâce
 Au mōde mettons nostre cueur
 En y prenant nostre plaifance.
 Roïn. p

Vigilie

D Flexi quoniam exaudiet do-
minus: vocē orationis mee.

Q uia inclinavit aurem suam mi-
hi: et in diebus meis inuocabo.

Circūdederūt me dolores mortis: &
pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem et dolorem inue-
ni: et nomen domini inuocaui.

O dñe libera animā meam miseri-
coris dñs & iust⁹: & deus n̄r miseref.

Custodiens paruulos dominus:
humiliatus sum & liberauit me.

Cōuertere anima mea in requiē
tuā: quia dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de
morte: oculos meos a lachrymis,
pedes meos a lapsu.

Placebo dño: in regione viuorū.

Requiē eternā dona eis dñe: & lux
ppetua luceat eis. **An.** Placebo dño
in regione viuorū. **An.** Heu me. **ps.**

Ad dñm cum tribularer cla-
maui: et exaudiuit me.

Mortuorum. Fo. cxliij.

Domine libera animam meam a labijs iniquis: & a lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam?

Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorijs.

Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus cedar, multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. **Requiem. an.**

Heu me quia incolatus meus prolongatus est. **an. Dñs. Psalmus.**

Leuavi oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino: qui fecit celum et terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet: qui custodit israel.

Vigilie

Dominus custodit te dñs p̄tectio
tua: super manum dexterā tuam.

Per diem sol nō v̄ret te: neq; luna
per noctem.

Dñs custodit te ab omni malo: cu-
stodiat animam tuam dominus.

Dñs custodiat introitū tuū et exi-
tum tuū: ex hoc nūc & vsq; in sc̄in.

Requiem. *an.* Dñs custodit te ab
omni malo, custodiat aīam tuā do-
min⁹. *an.* Si iniquitates. *Psalm⁹.*

De profundis clamaui ad te
dñe: dñe exaudi vocē meam.

Fiant aures tue intendentes: in
vocem deprecationis mee.

Si iniquitates obseruaueris do-
mine: domine quis sustinebit?

Quia apud te ppitiatio est: & pro-
pter legem tuā sustinui te domine.

Sustinuit aīa mea in verbo eius:
sperauit anima mea in domino.

Acustodia matutina vsq; ad no-
ctem: speret israel in domino.



Quia apud dñm misericordia: et
copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet israel: ex omnib⁹
iniquitatibus eius.

Requiem eternā **ān.** Si iniquita-
tes obseruaueris dñe: dñe quis su-
stinebit: **ān.** Opera. **Psalmus.**

Confitebor tibi domine in to-
to corde meo: quoniam au-
disti verba oris mei.

In cōspectu angelorum psallam
tibi, adorabo ad templum sanctū
tuum: & confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua et verita-
te tua: quoniam magnificasti su-
per omne nomen sanctum tuum.

In quacūq; die inuocauero te ex-
audi me: multiplicabis in anima
mea virtutem.

Confiteant tibi dñe oēs reges ter-
re: qz audierunt oīa verba oris tui.

Et cantent in vijs domini: quo-
niam magna est gloria domini.

Quoniā excelsus dñs et humilia respicit: et alta a longe cognoscit.

Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me: & super iram inimicorū meorū extendisti manū tuā, et saluū me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me, domine misericordia tua in seculū: opera manuum tuarum ne despicias.

Requiem eternā. *ān.* Opera manuum tuarū domine ne despicias.

ñ. Audiui uocem de celo dicentem.

Rm. Beati mortui qui in domino moriuntur. *ān.* Domine quod. *ps.*

Magnificat: aia mea dñm. **E**t exultauit spiritus meus: in deo salutari meo.

Quia respexit humilitatē ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna q̄ potens est: & sanctum nomen eius.

Et mīa eius a progenie in proge-

nies: timentibus eum.

Recit potentiam in brachio suo:
dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: et exal-
tauit humiles.

Esurientes impleuit bonis: et di-
uites dimisit inanes.

Suscepit israel puerum suum: re-
cordatus misericordie sue.

Sicut locutus est ad patres nros:
abraham & semini eius in secula.

Requiem eternam. **Añã.** Omne
quod dat mihi pater ad me veniet,
& eum qui venit ad me non eijciam
foras. **Pat noster.** Et ne nos. Sed
libera.

Psalmus:

Lauda aia mea dñm, lauda-
bo dominum in vita mea:
psallam deo meo q̄ diu fuero.

Nolite cōfidere in principib⁹: nec
in filiis hoim in q̄bus nō est salus.

Exibit spiritus eius et reuerte-
tur in terram suam: in illa die peri-

bunt omnes cogitationes eorum.

Beat⁹ cuius de⁹ iacob adiutor ei⁹,
spes ei⁹ in dño deo ipsi⁹ q̄ fecit celū &
terrā: mare & oīa que in eis sunt.

Qui custodit veritatem in seculū,
facit iudiciū iniuriā patienti-
bus: dat escam esurientibus.

Dominus soluit compeditos: do-
minus illuminat cecos.

Dominus erigit elisos: dominus
diligit iustos.

Dominus custodit aduenas pu-
pillum et viduam suscipiet: et vias
peccatorum disperdet.

Regnabit dñs in secula de⁹ tuus
sion: in generatiōe & generatiōe.

Requiē. **V̄.** Requiescant in pace.

R̄m. Amen. **V̄.** A porta inferi. **R̄m.**

Erue domine animas eorū. Domi-
ne exaudi. Et clamor. **Oratio.**

Deus q̄ inter apostolicos sa-
cerdotes famulos tuos pon-
tificali seu sacerdotali fecisti digni-

Mortuorum. Fo. crbis.

tate vigere: presta quesumus vt eorum quoq; perpetuo aggregentur consortio.

Oratio.

Deus benie largitor & humane salutis amator q̄s clemētiā tuam: vt nostre congregatio nis fratres, sorores, propinquos, et omnes benefactores nostros, q̄ ex hoc seculo transierūt beata maria semp virgine intercedēte cū oībus sc̄tis tuis ad perpetue beatitudinis consortiū peruenire cōcedas. **Orō.**

Fidelium deus omniū conditor & redēptor, animabus famulozū famularumq; tuarum remissionem cūctoꝝum tribue peccatoꝝum: vt indulgentiam quam semper optauerunt pijs supplicationibus consequantur. Qui vis et regnas deus. Per omnia secula seculoꝝum. Amen. **Ad matutinas. Inuitato.** Regem cui oīa viuunt. Venite adozem⁹. **Psalm⁹.**

Vigilie

Venite exultemus domino,
iubilemus deo salutari no-
stro: preoccupemus faciem eius in
cōfessione, & in psalmis iubilem⁹ ei.
Regē cui oīa viuunt. Venite ado.

Quoniam deus magnus dñs, et
rex magnus super oēs deos: quo-
niam non repellet dñs plebem suā,
quia in manu eius sunt oēs fines
terre: et altitudines montium ipse
conspicit. Venite adoremus.

Quoniā ipsius est mare, et ipse fe-
cit illud, & aridā fundauerunt ma-
nus eius: venite adorem⁹ et p̄cida-
mus ante deū, plorem⁹ corā dño q̄
fecit nos: quia ipse est dñs deus no-
ster, nos autē populus eius & oues,
pascue eius. Regē cui oīa viuunt.

Hodie si vocē ei⁹ audieritis, noli-
te obdurare corda vestra: sicut in
exacerbatione scđm diem tentatio-
nis in deserto, vbi tentauerunt me
patres vestri, probauerunt et vide-

Mortuorum. Fo. cxviii.

runt opera mea. Venite adoze.

Quadraginta annis p̄rimus fui generationi huic, et dixi semper hi errant corde: ipsi vero non cognouerunt vias meas quibus iuravi in ira mea, si introibūt in requiem meam. Regem cui omnia viuunt.

cipere humanā carnem in venera-
bilissimo utero tuo. Et in quibus te

Obsecro: Fo. clv.

resperit qñ te cōmēdavit sc̄tō ioan-
ni ap̄lo & euangeliste. Et qñ te exal-
tauit sup̄ choros angelozū. Et per
illā sanctā ineffabilem humilitatē
in qua tu respōdisti archāgelo ga-
brieli. Ecce ancilla dñi: fiat mihi se-
cundū verbū tuū. Et per gloziosis-
sima quidecim gaudia q̄ habuisti
de filio tuo dño n̄ro iesu ch̄risto. Et
per illā sanctā & maximā cōpassio-
nem & acerbissimū cordis dolorem
quē habuisti qñ filiū tuum dñm no-
strum iesum ch̄ristū ante crucē nu-
datū & in ipsa leuatū vidisti p̄dētē
crucifixū, vulneratū, sitiētē, fel ap-
poni, hely clamantē audisti, et mo-
rientē vidisti. Et p̄ qñq; vulnera fi-
lij tui. Et p̄ 2tractionē viscerū tuoz
p̄re nimio dolore vulnerū suoz. Et
p̄ dolozē quē habuisti qñ vidisti eū
vulnerari. Et per fōtes sanguinis
sui: & per omnē passionē eius: & per
omnē dolorem cordis tui. Et p̄ fon-

Obsecro.

tes lachrymarum tuarum, ut cum omnibus sanctis et electis dei venias et festines in auxilium et consilium meum: in omnibus orationibus et requestis meis et in omnibus angustiis et necessitatibus meis. Et in omnibus illis rebus in quibus ego sum factururus, locuturus aut cogitaturus: omnibus diebus ac noctibus horis atque momentis vite mee. Et mihi famulo tuo impetres a dilecto filio tuo virtutum omnium complementum cum omni misericordia et consolatione: omni consilio et adiutorio: omni benedictione et sanctificatione: omni saluatione pace et prosperitate, omni gaudio et alacritate. Etiam abundantiam omnium bonorum spiritualium et corporaliu. Et gratiam sancti spiritus qui me bene per omnia disponat, animam meam custodiat: corpus meum regat, mentem erigat, mores componat, actus probet, vota et desideria mea perficiat, cogitationes sanctas instituat, preterita mala indulgeat,

Obsecro. Fo. clvj.

pſentia emēdet: et futura moderet.
 Vitā honeſtā & honozabilem mihi
 tribuat, fidē, ſpē, & charitatē, caſti-
 tatem, humilitatem, & patiētīā mi-
 hi pſtet. Quinq; ſenſus corpis mei
 regat & ptegat. Septem opera mie
 cōplere me faciat. Duodecim arti-
 culos fidei & decem p̄cepta legis fir-
 miter credere et tenere me faciat.
 Et a ſeptē pctis criminalibus me li-
 beret et defendat vſq; in finem. Et
 in nouiſſimis diebus meis oſtende
 mihi faciem tuā: et annūties mihi
 diem et horā obitus et mortis mee.
 Et hanc orationem ſupplicem ſu-
 ſcipias et exaudias: et vitam eter-
 nam mihi tribuas. Audi et exaudi
 me dulciſſima virgo maria mater
 dei & miſericordie. Amen.

**Alia oſo deuota ad beatam Ma-
riā & ſanctū iohannem euangeliftā.**

O Intemerata et in eternū bñ-
dicta ſingularis atq; incom-

Intemerata.

parabilis v̄go dei genitrix maria,
gratissimū dei templū, spirit⁹ san-
cti sacrariū, ianua regni celoz per
quā post deū totus viuit orbis ter-
raz. Inclina mater mie, aures tue
pietatis indignis supplicationib⁹
meis: & esto mihi miserimo pecca-
tori pia in omnibus auxiliatrix. **D**
ioannes btissime christi familiaris
amice, qui ab eodē dño nostro iesu
christo virgo es electus, & inter cete-
ros magis dilect⁹, atq; in mysterijs
celestibus vltra oēs imbutus: ap̄s
eius & euāgelista fact⁹ es preclaris-
simus. Te etiā inuoco cum maria
matre eiusdē saluatoris nostri vt
mihi opē tuā cū ipsa cōferre digne-
ris. **D** due gemine celestes, maria &
ioannes. **D** duo luminaria diuini-
tus ante deū lucētia, vestris radijs
scelex meoz effugate nubila. Vos
em̄ estis illi duo in quibus deus pa-
ter per filiū suum specialiter edifi-

cavit sibi domū. Et in quibus ipse
filius dei ob syncerissime virginita-
tis meritū dilectionis sue cōfirma-
uit privilegiū in cruce pendēs, vni
vestrū ita dicēs. Mulier, ecce filius
tuus. Deinde ad aliū. Ecce mater
tua. In hui⁹ ergo tam sanctissimi
amoris dulcedine qua tūc ore dñi-
co velut mater et filius adinuicem
estis cōiuncti, vobis duob⁹ ego mi-
serrim⁹ pctōꝝ cōmēdo hodie corpus
& animā meā: vt in oib⁹ horis atqꝫ
momētis interi⁹ & exteri⁹ firmi cu-
stodes & pij apud deū intercessores
mihi existere dignemini. Credo em̄
firmiter et fateor indubitāter quia
velle vestrū velle dei est: et nolle ve-
strum nolle dei est. Unde quicqd ab
eo petitis: sine mora obtinetis. Per
hāc ergo tā potentissimā vestre di-
gnitat⁹ virtutē poscite queso mihi
pctōꝝ corporis et aīe salutē. Agite
queso, agite vestr⁹ sacris oꝝonibus

Stabat mater.

vt cor meum inuisere & inhabitare
dignetur spūs almus gr̄arū largi
tor optimus: q̄ me a cūctis vitiorū
sordibus expurget, virtutib⁹ sacris
illustret & exornet: in dilectiōe dei et
p̄ximi mei p̄fecte stare & p̄seuerare
me faciat: et post hui⁹ vite cursum
ad gaudia me ducat electorū suorū
benignissimus paraclet⁹ gr̄arum
largitor optimus. Qui cum patre
et filio coeternus & cōsubstantialis
cum eis & in eis viuiter regnat op̄s
deus in secula seculorū. Amen.

De uota contemplatio beate ma
rie virginis iuxta crucem filij sui la
chrymantis, & ad cōpassionem sal
uatoris singulos inuitantis.

Stabat mater dolorosa, iux
ta crucem lachrymosa, dum
pendebat filius. Cuius animā ge
mentem, cōtristatam et dolentem,
pertransiuit gladius. O q̄ tristis
et afflicta fuit illa benedicta: ma

Stabat mater. Fo. clviij.

ter unigeniti. Que merebat & dolebat, & tremebat cum videbat: nati penas inclyti. Quis est homo qui non fleret, christi matrem si videret: in tanto supplicio: Quis posset non contristari, pia matrem contempla- ri: dolentem cum filio: Pro peccatis sue gentis, vidit iesum in tormētis: et flagellis subditum. Vidit suum dulcem natum, morientem desola- tum: dum emisit spiritum. Eia ma- ter fons amoris, me sentire vum do- lozis: fac vt tecum lugeam. Fac vt ardeat cor meum, in amando chri- stum deum: vt sibi complacea. Sā- cta mater istud agas, crucifixi fige plagas: cordi meo valide. Tui na- ti vulnerati, iam dignati pro me pati: penas in me diuide. Fac me vere tecum flere, crucifixo condole- re: donec ego vixero. Juxta crucem tecum stare, te libenter sociare: in- plāctu desidero. Virgo virginum

Stabat mater.

preclara, mihi iam nō sis amara:
fac me tecum plangere. Fac vt por-
tem christi mortem, passionis eius
sortem: et plagas recolare. Fac me
plagis vulnerari, cruce hac inebria-
ri: ob amorem filij. Inflāmatuſ et
accēſuſ, per te virgo ſim deſenſuſ:
in die iudicij. Fac me cruce cuſtodi-
ri, morte chriſti premuniri: cōfoue-
ri gratia. Quando corpus morie-
tur, fac vt anime donetur: paradi-
ſi gloria. Amen. *Ŷ.* Tuam ipſiuſ
animam doloris gladius pertran-
ſibit. *Rm.* Ut reuelentur ex multis
cordibus cogitationes. *Oratio.*

Interueniat p nobis q̄s dñe
ieſu ch̄e nūc et i hora mortis
n̄e apud tuā clementiā beata v̄go
maria m̄ tua: cuiuſ ſacratiffimā
animā in hora tue paſſiōis doloris
gladi⁹ p̄trāſiuit. Per te ieſu chriſte
ſaluator mundi. Qui cū p̄e & ſpū.

De ſancto michaele. añ.

Suffragia. Fo. clix.



Michael archāgele, paradisi p̄p̄osite, veni in adiutorium populo dei, et velis nos defendere a potestate inimici, et tecū ducere in societatem do-

mini. **Ps̄.** In conspectu angelorum psallam tibi deus meus. **R̄m.** Adorabo ad templum sanctum tuum & confitebor nomini tuo. **Oratio.**

Deus q̄ miro ordine angelorum ministeria hoīmq; dispensas: concede pp̄tius, vt a quibus tibi ministrātibus in celo semper assistit: ab his in terra vita nostra muniatur. Per dominum.

De sancto iohanne baptista. añ.



Inter natos mulierū non surrexit maior iohanne baptista. **Ps̄.** Fuit homo missus a deo. **R̄m.** Cui nomen erat iohannes. **Oratio.**

Suffragia.

Presta q̄sumus omnipotens
deus: vt familia tua per viā
salutis incedat, et beati ioānis pre-
cursoris christi hortamenta sectā-
do ad eum quē predixit, secura per-
ueniat: dñm nostrum Iesum chri-
stum filium tuum. Qui tecum vi-
uit & regnat deus. Per omnia.

De scto iohanne euangelista. añ.



Ioannes apostolus et
euangelista, virgo elect⁹
est a domino, atq; inter
ceteros magis dilectus.
vsus. Valde honoran-
dus est beatus iohannes.

Rm. Qui supra pectus domini in
cena recubuit.

Oratio.

Eccliam tuam q̄s dñe beni-
gnus illustra: vt beati ioan-
nis apostoli tui et euāgeliste illu-
minata doctrinis: ad dona perue-
niat sempiterna. Per dominum.

De sanctis petro & paulo. añ.


Suffragia. Fo. clx.



Petr⁹ apl's et paul⁹ do-
ctor gētium ipsi nos do-
cuerūt legē tuam dñe. **V.**
In oēm terrā exiuit son⁹
eor⁹. **R.** Et in fines orbis
terre verba eorum. **Oro.**

De cui⁹ dextera btm̄ petrū
aplm̄ ambulante ī fluctib⁹
ne mergeret erexit: et coaplm̄ eius
paulū tertio naufragātē de pfun-
do pelagi liberauit: exaudi nos p-
piti⁹ & pcedere: vt amboꝝ merit⁹ eter-
nitat⁹ gl̄iam cōsequamur. Per do.

De sancto iacobo. añ.



O lux et decus hispanie,
o iacobe sc̄tissime: suble-
uator oppreſſorū: suffra-
gium viatorū: qui inter
apostolos primus mar-
tyr laureat⁹ obtines pri-
matum. **O** singulare presidiū tuo-
rum benignus exaudi vota seruo-
rum: et intercedas p̄ nostra oūnoꝝ

Suffragia.

salute. **Ps.** Ora pro nobis beate iacobe. **Rz.** Ut digni efficiamur promissionibus christi.

Oratio.

Esto domine plebi tue sanctificator et custos, ut apostolici tui iacobi munita presidij: et conuersatione tibi placeat, et secura mente deseruiat. Per dominum.

De omnibus apostolis. Ant.

Qum steteritis ante reges et presides nolite cogitare qualiter respondeatis, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. **Versus.** In omnem terram exiuit sonus eorum. **Rm.** Et in fines orbis terre verba eorum.

Oratio.

Quoniam quiesumus omnipotens deus, ut sicut apostolorum tuorum **R.** et **R.** iugiter commemorationem agimus: sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam ipsi pro nobis exorent. Per christum.

De sancto stephano. an.



Stephanus plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo. **Ps.** Justus germinabit sicut liliū. **R.** Et floreat in eternū ante dominum.

Oratio.

Omnipotens sempiternus deus qui primitias martyrum in beati leuitae stephani sanguine dedicasti: tribue quod sumus: ut pro nobis intercessor existat: qui pro suis etiam persecutoribus exorauit. Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum.



De sancto laurentio. an.
Leuita laurentius bonum opus operatus est: qui per signum crucis cecos illuminauit. **V.** Dispersit dedit pauperibus. **R.** Justitia eius manet in seculum seculi. **Oro.**

Da nobis omnipotens deus, vitiorum nostrorum flamas Romam.

Suffragia.

extinguere: q̄ beato laurētio martyri tuo tribuisti tormētorum suorum incendia superare. Per dominum nostrum iesum ch̄stum.

De sancto christophoro. añ.



Sc̄tē christophoremartyr dei preciose, rogo te per nomen ch̄risti creatoris tui: et per illud prerogatiuū, quod tibi contulit quando nomen suum tibi soli imposuit, te deprecor in nomine patris, & filij, et spiritus sancti: et per gratiam quam accepisti: vt erga deum & sanctam eius genitricem mihi famulo tuo *Ps.* sis propitius peccatori: quatenus tuo pio interuentu facias me vincere omnes qui cogitant mihi mala: et per illud leue onus quod est ch̄ristus quod trās marinum flumē in humeris tuis feliciter portare meruisti alleuiare dignare presentes meas

angustias, paupertates, tribulationes, malas et peruersas machinationes, fraudulentas conspirationes, mēdacia, falsa testimonia, occulta siue aperta consilia, et alia que contra honozē meum cogitando vel cōspirando veritatis emuli mihi seruo tuo inferre conātur: vt vita comite et saluo honoze tecum gaudere valeam in secula seculorum.

Oratio. Ora pro nobis beate christophore. **Oratio.** Ut digni efficiamur promissionibus christi.

De q̄ b̄t̄m christophor̄ martirem tuum virtute constantie in passione roborasti: quiq; vni-genitū tuum dñm n̄m iesum christū in suis humeris mirabiliter portari voluisti: concede propitius: vt qui eius cōmemorationē agimus: ipsi⁹ meritis ad regna celestia peruenire mereamur. Per eundem.

De sancto sebastiano. An.

Suffragia.



O q̄ mira refulsit gra-
tia sebastianus martyꝝ
inclytus, qui militis por-
tans insignia: sed de fra-
trum palma sollicitus cō-
fortauit corꝝ da tremētia,
verbo sibi collato celitus. **Versus.**

Ora pro nobis beate martyꝝ seba-
stiane. **R.** Ut mereamur pestē epi-
dimie illesi pertransire: et p̄missio-
nem christi obtinere. **Oratio.**

Deus qui beatū sebastianū
martyꝝē tuum in tua fide &
dilectione tam ardēter solidasti: vt
nullis carnalibus blandimentis,
nullis tyrannorum minis, nullisq̄
carnificū gladijs siue sagittis aut
tormentis a tua cultura potuit re-
uocari: da nobis miseris peccato-
ribus dignis eius meritis et inter-
cessionib⁹ in tribulatione auxiliū,
in persecutione solatium: et in om-
ni tempore cōtra pestem epidimie

145-
Suffragia. Fo. clxiij.

remediū: quatenus possimus con-
tra omnes diabolicas insidias vi-
riliter dimicare mundum & ea q̄ in
eo sunt despiciere: et nulla eius ad-
uersa formidare, vt ea que te inspi-
rante desideramus: valeamus ob-
tinere. Per dominum nostrum.

De sancto georgio. An.



Eideles hic attendite
christi sc̄m diligite, men-
tibus letis dicite: georgi
martyr inelyte te decet
laus et gl̄ia p̄dotatū mi-
litia: per quem puella re-
gia existēs in tristitia corā dracone
pessimo, te rogās corde intimo sal-
uata est: & animo se reddidit altissi-
mo cum pluribus fidelib⁹: fac ergo
sic vt ciuib⁹ tu nos reddas celesti-
bus n̄cis ablutis sordib⁹, vt simul
cum letitia tecū simus ī gloria, no-
straq; reddāt labia laudes ch̄o cū
gloria. Amen. **v.** Sup aspidē & ba-

Suffragia.

filiscū ambulabis. *R.* Et conculca-
bis leonem et draconem. *Oratio.*

O M̄ps sempiternē deus q̄ de-
uote deprecantium voces be-
nignus exaudis: maiestatem tuā
suppliciter exoram⁹: vt sicut in ho-
nore beati et glorioſi martyris tui
georgij draconē a puella superari
uoluisti: ita eiusdem intercessione
inimicos nostros visibiles et inui-
sibiles ne nocere valeant nobis su-
perare concedas. Per dominum.

De pluribus martyribus. an.

Isti sunt s̄cti q̄ pro dei amore ini-
nas hoīm contēpserūt: s̄cti marty-
res in regno celozū exultant cū an-
gelis. Q̄ p̄ciōsa est mors s̄cto-
rum qui assidue assistunt ante do-
minum, ⁊ ab inuicē non sunt sepa-
rati. *V.* Exultēt iusti in aspectu dei.

R. Et delectent̄ in letitia. *Oratio.*

Deus q̄ nos cōcedis s̄ctozum
martyrū tuozum. *R.* et *R.*

suffragiis adiutari: da nobis in eterna beatitudine de eorū societate gaudere. Per dominum.



C De sancto nicolao. añ.

Amic⁹ dei nicolaus pō-
tificiali decoratus infula,
oībus se amabilem exhi-
buit. **V.** Ora p nobis btē
nicolae. **R.** Ut di. **Oro.**

Deus q̄ beatū nicolaū ponti-
ficē tuum innumeris deco-
rasti miraculis, tribue nobis q̄s: vt
eius meritis & precibus a gehenne
incendijs liberemur. Per dñm.

C De sancto antonio. añ.



Antoni pastor inclyte q̄
cruciatos refic⁹, morbos
sanas: & repente ignis ca-
lorem extinguis. Pater
qui es in superis: ora pro
nobis dñm: vt celum no-

bis miseris donet post vite termi-
nū. **V.** Ora p nobis beate pater an-

Suffragia.

toni. *R.* Ut digni efficiā. *Oratio.*

Deus qui concedis obtentu
beati antonij cōfessoris tui
morbidū ignem extingui, et mem-
bris egris refrigeria p̄stari, fac nos
q̄sumus ipsius meritis et precibus
a gehenne incendijs liberatos, in-
tegrōs mēte et corpore tibi feliciter
in gloria presentari. Per dominū.

De sancta anna. an.



Celeste bñficiū introi-
uit in annam per quam
nobis nata est Maria v̄-
go. *v̄.* Ora p̄ nobis bea-
ta anna. *R.* Ut digni ef-
ficiamur p̄missio. *Oro.*

Deus qui beate anne tātam
grām donare dignatus es:
q̄ btissimā matrē tuā i suo gl̄iosissi-
mo vtero portare meruit: da nobis
per intercessionē m̄ris & filie tue p̄-
pitiationis abundantia: vt quarū
cōmemorationē pio amore ample-

Suffragia. Fo. clxx.

ctimur: earū precibus ad celestē patriā peruenire valeamus. Qui vi.

De sancta maria magdalena. añ.



Maria ergo unxit pedes iesu, et extersit capillis suis: & domus impleta est ex odore unguenti.

Ps. Dimissa sunt ei peccata multa. **Rm.** Quoniam dilexit multum.

Oratio.

Largire nobis clemētissime pater q̄ sicut beata maria magdalena dñm nr̄m sup oīa diligendo suorū obtinuit veniā peccaminum, ita nobis apud tuā miām sempitnā ipetret btitudinē. p̄ eund.

De sancta Catherina. añ.



Virgo sancta catherina grece gēna vr̄be alexandrina, Costi regis erat filia. **Ps.** Diffusa est gratia in labijs tuis. **R.** Propterea benedixit te deus

Suffragia.

in eternum.

Oratio:

Deus qui dedisti legem moysi in
summitate montis sinai: et
in eodem loco corpus beate catheri-
ne virginis & martyris tue per san-
ctos angelos tuos mirabiliter col-
locasti: tribue quæ: ut eius meritis et
intercessiōe ad montem qui christus est
valeamus peruenire. Per eundem.

De sancta margareta. añ.



Virgo glorioſa christi
margareta, virginum gem-
ma preciosissima, virtute
supernorum clara, audi pre-
ces nostras coram te fulas:
fac nos iungi eternali cho-
ro, precibus ergo tuis adesto calami-
tatibus nostris quibus vndique pre-
mimur.

V. Ora pro nobis beata margareta.

R. Ut digni efficiamur. *Oratio.*

Deus qui beatam margaretam
virginem tuam ad celos per
martyrii palmam peruenire feci-

sti: concede nobis quesum⁹: vt eius exempla sectantes ad te venire mereamur. Per dominum nostrum.

De sancta Barbara. añ.



Gaude barbara diuina, summe pollēs in doctrina: angeli mysterio. Gaude virgo deo grata, que baptistam imitata es in vite stadio. Gaude cum te visitauit, chzistus vita & curauit plagas actu proprio. Gaude quia meruisti, impetrare quod petisti: dante dei filio. Gaude nanq̄ eleuata es in celo et delata: nobili martyrio. Te laudantem familiā, trahē post te ad glorian: finito exilio. **V.** Ora pro nobis beata barbara. **R.** Ut digni efficiamur promissionibus chzisti. **Oratio.**

Intercessio q̄s dñe beate barbare vginis et martyris tue ab oi aduersitate nos ptegat: vt p

Suffragia.

ei⁹ internētū glorioſiſſimū ſacroſceti
corpis ⁊ ſanguinis dñi nři ieſu chri
ſti ſacramētū ante diē exit⁹ nři per
verā penitētiā ⁊ purā ꝑfeſſionē ꝑci
pere mereamur. Per eūdē chriſtū.

C De ſancta genouefa. añ.



O felix ācilla dei nos pō
dere ꝑſſos exouera: et
ſeſſos mordacibus exue
culpīs. **E**ther⁹ vt pateat
te ſupplīce ianua nobis.

O virgo pura, virgo ſa
piēs et honeſta. **E**grotos cura, me
ſtis ſolatia ꝑreſta. **V.** Ora ꝑ nobis
beata virgo genouefa. **R.** **U**t di
gni efficiamur ꝑmiſſio. **O**remus.

Miſiſſime deus miſerere pec
cantibus: ⁊ intercedēte bea
ta virgine genouefa ſalutem men
tis ⁊ corporis nobis tribue: ac bene
viuere et ſecure mori concede. Per
dominum noſtrū Ieſum chriſtū.

C De ſancta apollonia. añ.

Suffragia. Fo. clxviij.



Beata apollonia gra-
ue tormētum pro dño su-
stinuit. Primo tyrāni ex-
traxerūt dētes eius cum
malleis ferreis. Et cum
esset in illo tormēto ora-
uit ad dñm iesum christum, vt qui-
cunq; nomen suum deuote inuoca-
ret: malū in dētibus nō sentiret. **V.**

Ora p nobis beata apollonia. R3.
Ut digni efficiamur. Ac. Oremus.

O Mps sempiternē deus: q̄ bea-
tā apolloniā virginē & mar-
tyrē tuā de manib⁹ inimicorū suo-
rum liberasti, & eius orationē exau-
disti: te q̄so p intercessionē eius & bti
laurētij martiris tui simulq; oīm
sctōrū & sctārū, vt dolorē a dētibus
meis expellas: sanum et incolumē
meipm efficias: vt tibi gr̄az actio-
nes referre valeā in eternum. **Per.**

**Sequūtur septē orationes san-
cti gregoriij.**

Oraciones sancti gregorii. Fo. clxxviii.

O Domine Iesu christe adoro te in cruce pendente[m], et coronam spineam in capite portantem: deprecor te, vt tua crux liberet me ab angelo percutiente. Pater noster. Ave maria.

O Domine Iesu christe adoro te in cruce vulneratū, felle et aceto potatum: deprecor te vt tua vulnera sint remediū anime mee. Pater noster. Ave maria.

O Domine Iesu christe deprecor te propter illam amaritudinem quam pro me miserrimo sustinisti in cruce, maxime quādo nobilissima anima tua egressa est de corpore tuo: miserere anime mee in egressu suo. Pater noster. Ave ma.

O Domine Iesu christe adoro te in sepulchro positum, myrrhā et aromatibus conditum: deprecor te vt mors tua sit vita mea. Pater noster. Ave maria.

Orationes sancti gregorii.

O Domine Iesu christe adoro te descendentem ad inferos, liberantemq; captiuos: deprecor te ne permittas me illuc introire. Pater noster. Ave maria.

O Domine Iesu christe adoro te resurgentem a mortuis et ad celos ascendentē: sedentemq; ad dexterā dei patris: deprecor te misere mei. Pater noster. Ave maria.

O Domine Iesu christe pastoz bone: iustos conserua, peccatores iustifica: et omnibus fidelib⁹ defunctis miserere, & propitiu^s esto mihi miserimo peccatori. Pater noster. Ave maria.

¶ *Quindecim orationes sequētes si quis deuote cum totidem. Pater noster. semel omni die per totum annum continuando dixerit ob amorem & memoriam vulnerū christi magnas indulgentias merebitur. Et anno sic continuato & com-*

Orones sctē brigide. Fo. clxix.
pleto vnūquodq; vuln⁹ dñi nostri
iesu chrysti cum vna sola oratione &
Pater noster. specialiter honora-
uit. Quarum etiam orationum
virtus et meritum multis claruit
exemplis. **Oratio prima.**

O Suauitas et requies corpo-
rum & animarum nostrarū
iesu chryste q̄ in nocte passionis tue
ad patrem orasti dicens. Pater si
fieri potest, transeat a me calix iste.
Veruntamen non mea, sed tua vo-
luntas fiat. Et in illa hora in tāta
angustia posit⁹ fuisti: q̄ de precio-
so corpore tuo sudor sanguine⁹ lar-
gissime emanauit. Deprecor te be-
nignissime iesu vt concedas mihi
gratiam istam q̄ te tam perfecte &
tam ardēter valeam exorare, vt de
peccatis meis indulgentiā merear
obtinere. Amen. Pater noster. Aue
maria.

Oratio secunda.

O dulcis iesu societas et solatium

Rom̄.

p

Orationes

omnis creature qui in nocte passionis tue ab apostolis et discipulis tuis derelictus fuisti solus inter omnes inimicos tuos. Supplico tibi chare Iesu, ut in hora mortis mee animam meam non derelinquas in manibus inimicorum suorum donec ad visionem tuam gloriosam me per tue passionis meritum perducere digneris. Amen. Pater noster. Ave maria.

Oratio tertia.

O formator & creator orbis iesu chris te manus ille que me formauerunt & celos, in ligno crucis sunt clavis confixae: & pedes qui mare calcauerunt siccis vestigijs sunt crudeliter perforati. Precor te bone iesu ut per has plagas tuas mihi dimittas quicquid peccaui operando vel gradiendo, & sic valeam operari & agere: ut ad regnum beatitudinis tue valeam peruenire. Amen. Pater noster. Ave maria.

Oratio quarta.

O suauitas & dulcedo humani generis iesu christe q̄ p̄ n̄ra salute in cruce extēsus fuisti: et p̄ oīa mēbra & ossa corporis tui q̄ distenta in te & dinumerata fuerunt. Rogo te piissime vt me miserum sic tibi iūgas, q̄ per p̄spera & aduersa huius seculi a te nunq̄ possim separari. amē.
Pater noster. Ave maria.

Oratio quinta.

O altitudo diuitiarum sapiētie et sciētie dei iesu christe q̄ incōprehensibilia sunt opera tua: q̄ tu qui oīa creasti nudus in cruce leuatus fuisti: & ab omnib⁹ amicis tuis derelictus & solus inter omnes inimicos tuos impiissimos remansisti: sicut agn⁹ inter lupos. Et nō fuit inuentus qui te agnosceret vel bonum faceret. Obsecro te dulcis iesu vt i hora obitus mei cum virtus mea me dereliq̄rit: et qđ in hoc mūdo possideo se a me elongauerit, tu creator

Orationes

meus noscas creaturā tuam: & me
dirigas in vitā eternā. Amen. Pa-
ter noster. Aue ma. **Oratio sexta.**

Ofons aque viue ex quo viuūt an-
geli & iustoz anime iesu chryste: qui
in cruce sitiens salutē animarū di-
xisti, sitio: & in siti tua potauerūt te,
felle & aceto mixto: per hoc tormen-
tum deprecor te benignissime Iesu
vt des mihi gratiā lachrymarum.
Et quemadmodū desiderat ceru^s
ad fontes aquarū: ita siliat te deū
fontē viuū peccatrix anima mea:
Et tu domie iesu chryste satia sitim
cordis mei ex te: vt de ventre meo
fluant aque viue. Amen. Pater no-
ster. Aue maria. **Oratio septima.**

O gaudiū & libertas angeloz iesu
chryste q̄ in arce diuinitat̄ tue aspe-
xisti passionē tuam tam maximā
& tam abundantem ad saluandū:
et asperisti omnes qui propter eo-
rum ingratitude[m] et malā ope-

Sancte brigide. Fo. clxxi.

rationem in infernū descendunt: & ideo fleuisti. Obsecro te p̄ illas preciosissimas lachrymas vt de inferno quē propter peccata mea merui aīam meā liberares: & cum sc̄tis tuis gaudere facias. Amen. Pater noster. Ave maria.

Oratio octaua.

O bone iesu refugiu pauperū i tribulatione q̄ p̄ nostra salute in cruce derelictus fuisti: & ideo voce magna ad patrē dixisti. De⁹ me⁹, de⁹ meus vt qd̄ dereliquisti me: deprecor te per bonitatē tuā vt in tribulationibus meis sp̄ualib⁹ vel tēporalib⁹ sine adiutorio tuo me pctōrē nō dereliquas, sed eripias me a tribulatione quacūq; et extingue ferocitatē inimicorū meorū. Amen. Pater noster. Ave maria.

Oratio nona.

O suavis et fortis in potentia iesu chryste qui oēm fortitudinē tuā secundū humani corporis susceptionem pro salute n̄ra in cruce misisti.

Orationes

Rogo te bone iesu vt cōcedas mihi gratiā q̄ fortitudinem meā valeā in te extēdere: & q̄ diu vixero in hoc mūdo: corpore & corde tibi valeam seruire. Et sicut studui placere mūdo: ita nocte & die intendam & cogitem placere et seruire tibi domino meo iesu christo. Amen. Pater noster. Aue maria. **Oratio decima.**

Olargitor omnium bonorum iesu christe qui totum preciosum sanguinem tuum in cruce effudisti: et p̄ nostra saluatione remansisti sine vlllo sanguine sicut Adā anteq̄ dares ei spiritum. Per hanc effusionē sanguinis tui preciosissimi te deprecor dulcis iesu: vt omnem amorem huius seculi a corde et corpore meo amoueas: & in amore tuo ita me accendas: vt nullum gaudium vel letitiam in hoc mundo querat vel diligat anima mea. Amen. Pater noster. Aue maria. **Oro vndecima.**

Sancte brigide. Fo. clxxij.

Oiesu chziste premiū & corona certatiū q̄ tatarū plagarū multitudinem p̄ multis accepisti: vt altitudo earū ad p̄em ascenderet: & vniuersum mundū impleret. Per excellentissimā charitatē tibi supplico bone iesu: vt oēs chzistianos q̄ fonte baptismat' sunt renati, & tuo p̄cioso sanguine redēpti i assumptiōis sortē facias dignāter ascribi: et ad tuā dexterā collocari. Amē. **Paternē. Aue ma.**

Oratio duodecima.

Ocōsummator q̄ consummas omne op' bonū iesu chziste q̄ cū gustasses acetū dixisti. Cōsummatū est: & inclinato capite, tradidisti spiritum. Supplico tibi magister bone: vt bonā agere valeam, & omnia bona q̄ incepero te duce possim in bonis operibus pficere: & tibi in hora mortis dicere: ecce domine consummaui & perfeci opus quod dedisti mihi vt facerem. Et nūc venio ad te pa-

Orationes

trem meū & dominū meum iesum
christum: qui mercedem optimam
& coronā inclytā mihi misericordi-
ter promissisti. Amē. Pater noster.
Aue maria. **Oratio tredecima.**

O spes & salus in te credētium, de-
cus & gloria virginū iesu christe rex
bone q̄ in cruce hora nona dixisti.
Pater in manus tuas commendo
spiritū meū. Obsecro te redemptor
meus iesu christe: vt cōcedas mihi
hāc grām q̄ in hora cōsummatio-
nis mee cum cōscientia bona & fide
perfecta dicere valeā. Pater bone,
pater piissime, q̄ tuo pprio sangui-
ne me redemisti: i illas benedictas
manus tuas quas p̄ me saluando
in cruce extēdisti commēdo spiritū
meū: quia securus & gaudēs venio
ad te creator & redemptor meus, et
spero q̄ tu misericorditer & benigne
suscipies me. Pater n̄r. Aue maria.

Oratio decima quarta.

Sancte brigide. Fo. clxxij.

Oreparator humani generis Iesu christe qui in die passionis tue in nervorum & ossium constrictione penam acerbissimam sustinuisti: dum preciosum caput tuum desitate spinarum pungebatur: vnde sanguis exiit: & latus lacea perforabatur: deprecor te amor dulcissime vt me repleas virtutibus: & tribuas mihi tam ardentem te diligere et tibi seruire: vt ad societatem angelorum et omnium electorum tuorum valeam peruenire. Amen. Pater noster. Ave maria.

Oratio decima quinta.

O iesu christe salus infirmorum, & solamen miserorum qui peccata nostra in corpore tuo portasti, vere tu es qui dolores nostros tulisti, et a morte perpetua liberasti: qz in dulcissimo corpore tuo a planta pedis vsqz ad verticem non fuit sanitas: qz tu qui eras speciosus forma pre

Oratio

filijs hominū reputat⁹ fuisti quasi leprosus. Nec mirum: qz sex milia sex cētum sexaginta sex plagas in corpore tuo habuisti. Deprecor largissimā charitatē tuam vt omnia vulnera peccatorū meorū sanes: vt spoliatus vitijs omnibus tibi deo viuo et vero possim deuote seruire. Et qz de tuo precioso sanguine redemptus sum, et tue passionis memoriā recolo: vt ad beatā et glorio- sambitionē tuā merear peruenire. Amen. Pater noster. Aue maria.

Oratio dicenda die sabbati ad honore intemerate dei genitricis virginis Marie.



Miss⁹ est gabriel an- gel⁹ ad mariam virginē despōsatam ioseph nuntians ei verbū. Aue maria grā plena do- min⁹ tecum. Missus est gabriel angel⁹ ad mariā virginē.

ad beatā mariā. Fo. clxxiij.

Aue maria gratia plena dñs tecū.
Missus est gabriel angel⁹ ad ma-
riam virginē. Aue maria gratia
plena dñs tec. Imperatrix regina-
rum. do. te. Laus sanctarū aīarū.
dñs tec. Vera saluatrix earum. do.
tecum. Excellētissima regina celo-
rum. do. te. Venerāda dñā angelo-
rum. do. te. Om̄ plena virtutū. do.
te. Flos flozum. do. te. Liliū con-
uallium. do. tecum. Mediatrix dei
et hoīn. do. t. Indeficiens gaudiū.
do. tec. Rosa sine spina. do. te. Stel-
la matutina. do. tec. Virgo dei in-
violata. do. te. Virgo innupta. do-
minus te. Virgo dei intacta. do. te.
Virgo incorrupta. domin⁹ tecum.
Virgo deo grata. domin⁹ tecum.
Virgo ante partum. dominus te.
Virgo in partu. dominus tecum.
Virgo post partum. dominus tec.
Splendor inextinguibilis. do. tec.
Virgo inestimabilis. domin⁹ tec.

Oratio ad beatam mariā

Virgo inmarcessibilis vitis, do, t.
Qua germinans, dñs tecū. Virgo
incomparabilis, do, tec. Virgo cui
non est nec erit similis, do, tec. Vir-
go speciosa, do, te. Virgo generosa,
dñs te. Virgo pulchra, do, te. Fons
misericordie cum omni copia, d, te.
Virgo eximia, dñs tec. Virgo pia,
do, te. Virgo mater sine ruga, d, te.
Virgo dulcis maria, do, tec. Laus
prophetica, d, t. Salomonis fabri-
ca, do, tec. Mater dei & virgo vnica
dei filia, do, te. Laus habitationis
glorie dei, do, te. Hortus conclusus,
do, te. Fons signatus, do, tec. Aque
viue puteus, do, t. Paradisus cum
pomorum fructibus, do, t. Venter
roze celesti rigatus, do, tec. Eterni-
tatis domus, do, tec. Veteris et no-
ui testamenti armariū, do, te. Spi-
ritus sancti sacrarium, do, te. Que
angelo nuntiante virgo cōcepisti.
Dic decies Ave maria. Et postea

Die sabbati dicēda. Fo. clxxv.

adhuc semel. Que angelo. **Et postea adhuc decies.** Ave maria. Vera virgo & mater. do. te. Mater veri dei & veri hoīs. do. te. Mater iesu christi filij vnigeniti dei. do. te. Mater pietatis. d. te. Mater veritatis. do. te. Mater charitatis. do. te. Decus mulierū. do. tec. Mater orphanorum. do. te. Cōsolatio desolatoꝝ. dñs te. Compassio afflictōꝝ. do. tec. Via errantium. do. te. Salus oīm in te sperantiū. do. te. Templū dñi. dñs te. Arca dei. do. te. Sacrarium spiritus sc̄ti. d. te. Reclinatoꝝ iesu christi. dñs tec. Luminare celi. dñs te. Sponsa dei. do. te. Prophetarū oraculū. do. tec. Dei vmbꝛaculum. do. te. Pastoris tabernaculū. do. te. Completū est in te consiliū. do. te. Vera virgo et mater q̄ filiū dei genuisti verū deum & verū hominē: q̄ angelo nuntiāte cōceptus est. do. t. Vera virgo et mater q̄ filiū dei ge-

Oratio ad beatam mariam.

nūisti verū deum et verū hominē:
qui pro nobis in te natus est. do. te.
Vera virgo & mater que filium dei
genuisti verū deū & verū hominē q̄
p nobis inter bñas simeonis san-
ctissimi in tēplo receptus est. do. te.
Vera virgo & mater que filium dei
genuisti verū deū et verū hoīem q̄
pro nobis celsus est. do. te. Vera vir-
go et mater q̄ filiū dei genuisti ve-
rum deū & verum hoīem: qui p no-
bis spinis coronatus est. do. te. Ve-
ra v̄go & mater q̄ filiū dei genuisti
verū deum & verū hominē: q̄ p no-
bis clavis crucifixus est. do. te. Ve-
ra virgo et mater q̄ filiū dei genui-
sti verum deū & verū hominē: qui
pro nobis in cruce pendēs virginē
matrem virgini commēdavit ita
dicēs. Mulier: ecce filius tuus. De-
inde ad discipulū: ecce mater tua.
dñs te. Vera virgo & mater que fi-
lium dei genuisti verum deum et

die sabbati dicēda. Fo. clxxvj.

verum hominem: qui pro nobis in
cruce pendens exclamavit dicens.
Hely hely, lamazaabthani. Et in-
clinato capite, tradidit spiritū. dñs
te. Vera virgo & mater que filium
dei genuisti verum deum & verum
hominem: qui pro nobis immola-
tus est. do. tec. Vera virgo & mater
que filiū dei genuisti verum deū et
verum hominē: cuius latus lācea
perforatū est: & cōtinuo exiuit san-
guis & aqua in redemptionem ani-
marum nostrarū pro salute mūdi
ad vitā eternam. do. t. Vera virgo
& mater que filium dei genuisti ve-
rum deum & verū hominem: cui⁹
corpus per ioseph de cruce depositū
est. do. tec. Vera virgo & mater que
filiū dei genuisti verū deum & verū
hominem: cuius corpus in linteis
cum aromatis in monumento
novo positū est. do. t. Vera virgo &
mater que filiū dei genuisti verum

Oro ad beatam mariam.

deū et verū hominem: q̄ pro nobis
sepultus est. d. t. Vera virgo & ma-
ter que filiū dei genuisti verū deū &
verū hominem: q̄ deus & homo ter-
tia die resurrexit a mortuis. do. tec.
Vera virgo & mater que filium dei
genuisti verū deum & verum homi-
nem: qui deus & homo primo beate
marie magdalene, postea discipu-
lis apparuit. do. tec. Vera virgo et
mater que filiū dei genuisti verum
deum & verum hominē: qui deus &
homo cum peregrinis cenauit. d. t.
Vera virgo et mater que filiū dei
genuisti verū deum et verū homi-
nem: qui deus & homo videntibus
galileis ad celos ascēdit. do. te. Ve-
ra virgo & mater que filium dei ge-
nuisti verum deū et verū hominē:
qui deus & homo ascēdit super om-
nes celos: & preparavit sue castissi-
me matri locum immortalitatis.
dñs tecū. Vera virgo et mater que

Die sabbati dicēda. Fo. clxxvij.

filiū dei genuisti verum deum & verum hominē qui deus et homo ad dexteram dei sedens spiritū paracletum discipulis suis misit. Dominus tecū. Vera virgo & mater que filium dei genuisti verum deum et verum hominē: qui deus et homo vêturus est iudicare viuos et mortuos, & seculū per ignem. **Oratio.**

Quę deprecor mitissimā, pijs-
simā, misericordissimā, ca-
stissimam, speciosissimam dei ge-
nitricem mariam semper virginū
gemmam: vt in sancto tremendo
ac terribili iudicio in cōspectu vni-
geniti filij tui, cui pater dedit om-
ne iudicium me liberes & protegas
a penis inferni: et participem me
facias celestium gaudiorum. Pre-
stante eodem domino nostro iesu
christo. Qui cū patre & spiritu san-
cto viuit et regnat in secula seculo-
rum. Amē. Pater noster. Ave ma.

Rom.

31

Oratio pro defunctis.

Oratio pro fidelibus defunctis quam qui deuote dicunt multas indulgentias consequuntur: presertim ubi mortui sepeliuntur.

Auete oēs aīe fideles quarū corpora hic & ubiq; requiescunt in puluere: dñs noster iesus christus qui vos & nos redemit suo preciosissimo sanguine dignet̄ vos a penis liberare: & inter choros sanctorum suorū angelorum collocare, ibiq; nostri memores suppliciter exorare, vt vobis associemur et vobiscum in celis coronemur. **Ps.**

R. Non intres in iudicium cum animabus seruatorum tuorum domine.
R. Quoniam nō iustificabitur in conspectu tuo oīs viuens. **Oratio.**

Domine iesu christe salus et liberatio fidelium animarū: qui nō venisti animas perdere sed saluare: & dare animā tuam in redemptionē pro multis, immensam

Oro p̄ defunctis. Fo. clxxviii.

clementiã tuã ac ineffabilē misericordiã tuã humiliter implozam⁹, vt animas oĩm fidelium defunctorum in penis purgatorij cruciatas misericorditer respicere digneris: et q̄ iuste p̄ pctis affliguntur, tua benignissima pietate liberent̄. Subueniatq; illis tua misericordia, quas tuo preciosissimo sanguine redemisti. Et per merita beatissime gloriosissime semperq; virginis marie: & omnium sanctorum & sanctarum liberare eas ab inferorum cruciatibus: & collocare inter agmina sanctorum tuorum digneris, veste quoq; immortalitatis indui: & paradisi amenitate confoueri iubeas. Qui cum deo patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amē. Pater n̄r. Aue maria.

De sancto Rochō. añ.

Aue roche sanctissime nobis natus sanguine: crucis signat̄ sche-

De sancto Rocho.

mate sinistro tuo latere. Roche p-
egre profectus pestis fere curas ta-
ctus: egros sanās mirifice, tangē-
do salutifere. Vale roche angelice
vocis citatus fame: qui potēs es
deifice a cunctis pestem pellere. *Ps.*

Ora pro nobis beate pater roche.
R. Ut digni efficiamur. *sc.* *Oro.*

DEUS q̄ beato rocho per an-
gelum tuum tabulā eidem
afferētē promisiſti: vt qui ipsum
pie inuocauerit, a nullo pestis cru-
ciatu ledereſ: presta queſumus, vt
qui eius memoriam agim⁹, meri-
tis ipſi⁹ a mortifera peste corporis
& anime liberemur. Per christum.

Papa Sixtus quartus concessit
cuiſibet deuote dicenti infraſcriptā
orationē vñdecim milia annorum
de vera indulgētia p̄ qualibet vice:

Ave sanctissima maria ma-
ter dei, regina celi, porta pa-
radisi, domina mundi, pura, sin-

Oro ante comunione. F. clxxix.

gularis, tu es virgo, tu concepisti
iesum sine peccato, tu peperisti cre-
atozem et saluatozem mundi in quo
non dubito, libera me ab omni ma-
lo & ora pro peccato meo. Amen.

**Quant on veult recepuoir le
cozps nostre seigneur.**

Domine non sum dignus vt
intres sub tectum meū: sed
tu domine qui dixisti, qui mandu-
cat meā carnem & bibit meum san-
guinem in me manet et ego in eo:
ppiti⁹ esto mihi peccatozi per sum-
ptionem corporis & sanguinis tui,
et presta vt non ad iudiciū dam-
nationis illud sumam: sed miseri-
cordia tua preueniente in salutem
& remissionem peccatozum meoz.
Qui viuis & regnas.

Quant on la receit.

Uera perceptio corporis et
sanguinis tui omnipotens
deus, nō veniat mihi ad iudiciū

ps. Qui habitat.

neq; ad condemnationem: sed sit omnium peccatorum meorum optata remissio, anime & corporis mei pia gubernatio, & potēs ad vitam presentem et eternā introductio. Per christum dominum. **Psalmus.**

Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur.

Dicet domino susceptor meus es tu: et refugium meum deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium: & a verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.

Scuto circūdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.

Alagitta volāte in die a negotio perambulante in tenebris: ab incur-su & demonio meridiano.

Quod cadēt a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis: ad te autem

non appropinquabit.

Teruntū oculis tuis cōsiderabis:
et retributionē peccatorū videbis.

Quoniā tu domine spes mea: al-
tissimum posuisti refugiū tuum.

Non accedet ad te malum: et fla-
gellum nō appropinquabit taber-
naculo tuo.

Qm̄ angelis suis inādauit de te:
vt custodiant te in oībus vijs tuis.

In manibus pertabūt te: ne forte
offendas ad lapidē pedem tuum.

Super aspidem et basiliscum am-
bulabis: et conculcabis leonem et
draconem.

Quoniam in me sperauit libera-
bo eum: protegam eum quoniam
cognouit nomen meum.

Clamauit ad me et ego exaudiā
eum cum ipso sum in tribulatione:
eripiam eum ⁊ glorificabo eum.

Longitudine dierū replebo eum:
⁊ ostendam illi salutare meum.

Oratio

Oratio sancti Augustini
deuotissima.



O Dulcissime Iesu
Christe verus deus
q̄ de sinu summi patris
omnipotentis missus es
in mundum peccata re-
laxare, afflictos redime-
re, in carcere positos soluere, disper-
sos congregare, peregrinos in suā
patriam reducere, contritis corde
misereri, dolentes & lugentes cōso-
lari. Dignare domine iesu chryste
absoluere & liberare famulū tuum
R. de afflictione et tribulatione in
qua positus sum: et tu domine qui
genus humanum in quantum ho-
mo a deo patre omnipotente in cu-
stodiam recepisti: et ex pietate tua
crudeli passione nobis paradisiun-
cum precioso sanguine tuo mirabi-
liter mercatus es: et inter angelos
& homines pacē fecisti. Tu domine

sancti augustini. Fo. clxxxj.

iesu chrisste digneris inter me & ini-
micos meos stabilire et confirma-
re concordiam & pacem, & gratiam
tuam super me ostendere, et infun-
dere misericordiam tuam, et omne
odium & iracundiam inimicorum
meorum quod cōtra me habent di-
gneris extinguere et mitigare: si-
cut iracundiam et odium esau ab-
stulisti quod habebat aduersus ia-
cob fratrem suum. Ita domine ie-
su chrisste super me famulū tuum
R. brachiū tuum et gratiam tuā
extēdere & me liberare digneris ab
omnibus me odiētibus: & tu domi-
ne iesu chrisste sicut liberaisti abra-
ham de manibus chaldeorum, & fi-
lium suum isaac de immolatione
sacrificij cum ariete: & iacob de ma-
nu esau fratris sui: & ioseph de ma-
nu fratrum suorum. Noe per arcā dilu-
uij, Loth de ciuitate sodomorum.
Famulos tuos moysen et aaron

Oratio

et populū israelem de manu pharaonis, et de seruitute egypti: et similiter saul de monte gelboe. Dauid regem de manu saulis, & golie gigantis. Susannam de falso crimine & testimonio. Judith de manu holofernis. Daniele de lacu leonum. Tres pueros sydrach, misaac, & abdenago de camino ignis ardentis. Jonam de ventre ceti, et filiam chananee que erat verata per diabolum, et adam de profundo puteo inferni cum p̄ciosissimo sanguine tuo, et petrū de mari, et paulum de vinculis: ita me famulum tuum **R.** dulcissime dñe iesu christe fili dei viui liberare digneris: et succurre in adiutorium meū, quia inimici mei super me faciunt et facere volunt multa mala consilia. Ita domine iesu christe euacuare digneris consilium eorū sicut euacuasti consiliū achitofelis: qui con-

Sancti augustini. Fo. clxxxix.

iliatus est absalon cōtra dauid re-
gem patrē suum. Ita domine iesu
chrisste meliberare digneris: per san-
cta beneficia tua, per sanctā incar-
nationem tuam quam accepisti ut
homo de virgine maria, per sanctā
natiuitatem tuā, per famē, per si-
tū, per frigus & calores, per labo-
res & afflictiones, per sputa, per ala-
pas, per flagella, per clauos, per lā-
ceam, per spineam coronā, per po-
tationem fellis et aceti, per scuisse-
mam mortem crucis, per septē ver-
ba que pendens in cruce dixisti, sci-
licet deo patri omnipotēti: ignosce
illis, quia nesciunt quid faciūt. Di-
xisti domine latroni in cruce pendē-
ti. Amen dico tibi, hodie mecū eris
in paradiso. Dixisti domine patri
tuo: hely, hely, lamazabathani: qđ
est interpretatum: deus meus, de-
us meus, ut quid dereliquisti me: Di-
xisti domine matri tue: mulier, ecce

Oratio

filius tuus. Deinde ad discipulum,
ecce mater tua: ostende deus te cu-
ram habere amicorum tuorum. Di-
xisti domine sitio: scilicet salutem ani-
marum sanctarum que in limbo fue-
runt, & nostram cupiendo. Dixisti
domine patri tuo: in manus tuas
domine commendo spiritum meum.
Dixisti domine, consummatum est
significans labores & dolores quos
pro nobis miseris suscepisti iam fi-
niri. Propter hos etiam te rogo re-
demptor domine iesu christe: ut fa-
mulum tuum ꝛ. custodias ab ho-
ste maligno & ab omni periculo: hic
in presenti et in futuro, defende me
per descensionem tuam ad inferos, per
resurrectionem tuam & frequentem
discipulorum tuorum consolationem,
per admirabilem ascensionem tuam
per aduentum spiritus sancti, per
diem tremendum iudicii, per hec om-
nia exaudi me domine. Et per cun-

Sancti augustini. Fo. clxxxiiij.

